MANUALE LITURGICUM SIVE DIRECTORIUM RITUUM, AC COEREMONIARUM...

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
42
3 C
19

Digitized by Google

Ex Libris
Vincentii Can.ci Franceschini

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MANUALE
LITURGICUM
SIVE DIRECTORIUM RITUUM, AC CŒREMONIARUM

MISSÆ PRIVATÆ

JUXTA RUBRICAS MISSALIS ROMANI

PRO NEOMYSTIS

Signanter Concinnatum

Una cum Additionibus perinaxime utilibus, atque opportunis:

NOBILI VIRO, AC SACERDOTI PRÆCLARISSIMO

DOMINO DOMINO

VINCENTIO JORDANI

PATRITIO PISAURENSI

DICATUM.

Et a Nicolao Xaverio Dormi Pisauren. Prothonotario Apostolico, Sacrarumque Episcopalium Cœremoniarium Præfecto sedulo congestum.

Hi sunt Ritus Altaris = Exechiel. c. 43. N. 28.

PISAURI; 1797. Typis Gavelliis *Super. Permissu*.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILI VIRO
PRÆSTANTISSIMO, AC EXEMPLARISSIMO SACERDOTI
DOMINO, DOMINO
VINCENTIO JORDANI
PATRICIO PISAURENSI
NICOLAUS XAVERIUS DORMI
F. P. D.

MIrabere forsan non tam Natalibus conspicuus, quam christiana humilitate, ac erga pauperes commiseratione celsior, præclarissime Vir, quod tot utilibus tractatibus, (jam editis) de sacrosancto Missæ Sacrificio, & ritibus ejus agentibus, præsentem quoque Libellum tuis nunc oculis lustrandum offeram; Sed non immerito, si materiæ substantiam spectes: secus autem si tractandi modum & seriem consideres; prolixum quippe tum utilium, tum scitu necessariorum compendium, non ex meo ingenio, sed ex ipsa sacra Rubrica, probatissimisque Auctoribus desumptum, atque

in

Digitized by Google

in unum studiose collectum, conspicies: Neque id audacter interceptum reputes: etenim non adnumerare nonnullorum defectus, sed Tyrones, seu Neomystas practice instruere, atque ex contrariis juxta se positis, cognitisque tam Rubricarum ritibus, quam contra agentium defectibus, ordini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, pro viribus, conformari intendam: utque omnes, qui Sanctuarium ingrediuntur, & ad Mensam Christi accedunt, custodiant cæremonias ejus adhortantur, eo quia populus adminiculis exterioribus adhibitis (*ut loquitur Tridentina Synodus*) facilius ad rerum divinarum obsequium, & meditationem sustollitur, ejusque mens per hæc visibilia Religionis, & Pietatis signa ad verum altissimarum, quæ in Sacrificio latent, contemplationem excitetur. *Nam quum Dominum Omnipotentem Sacerdotes elegerint, ut sit eorum Deus, in viis ejus ambulare, ac custodire cæremonias ejus tenentur.*

Qui finis, quæve causa fuerit, ut Libellum hunc pro cœteris etiam Sacerdoti-

bus

bus conscribere optavi, *facile colligitur ex dictis a S. Bernardo lib. III. de Consideratione cap. I.* = Ut qui non sapiunt, sapiant; & qui sapiunt non disipiant; & qui disipuere resipiscant = *Tandem Te non tam Nobilitate*, *quam Virtutibus insignem*, quique intelligis super egenum, & pauperem, elemosynam illi non defraudans, & non protrahis datum angustianti, *uti præclarissimum Mecenatem elegi*, *cui Libellum hunc dicarem*, *ea ratione ductus*, *ut ostenderem quantopere Te colam*, *atque observem: cumque religiosissimus*, *& piissimus sis*, *eosdem ritus*, *ut Religionis*, *ac Pietatis principia haud potes non defendere*, *ac summopere revereri; Et hæc me impulit causa*, *ut eximium tuum Nomen huic tenui meo labori darem*, *ac ennixe illius præsidium*, *& tutamen tibi præcipue commendarem; Nam haud dubbie compertum est Te præsertim Sacra*, *& Ecclesiastica in deliciis maxime habere; Omnia igitur prætereo*, *cæteraque omnia a Te præclare gesta*, *quæ Concivibus tuis maxime patent*,

silen-

silentio involvam. Ipsi enim tot abhinc annis probe, riteque norunt, Te non egentem, cæteris Omnium necessitatibus opem ferre: Idipsum testantur pia Conservatoria, Te moderatore, restituta; tot misericordiæ opera aggressa, suscepta, & ad felicem exitum deducta. Multiplices insuper in summa egestate Familiæ recreatæ, refectæ, a periculis erutæ, servatæ Te prædicant omni virtutum genere præstantem. Hinc Te universa Patria jure, & merito laudibus extollit, colit, & observat tanquam Unum ex præcipuis zelo, & charitate conspicuis Concivibus tuis.

Inter tot, & tanta mihi satis sit honoribus, laudibusque efferre pietatem tuam Religionemque incorruptam, hisce præsertim luctuosissimis temporibus, magna animi virtute, constantiaque servatam.

Ne spernes igitur hoc Opus quodcumque sit, sed tua ingenita benignitate, atque eximia humanitate excipere, ac tueri non dedigneris.

Pisauri Kalendis Augusti 1797.

Digitized by Google

RITUS SERVANDUS IN CELEBRATIONE MISSÆ

Juxta Rubricas

MISSALIS ROMANI.

De præparatione Sacerdotis celebraturi,

Sacerdos celebraturus Missam, prævia Confessione Sacramentali, quando opus est, & saltem Matutino cum Laudibus absoluto, orationi aliquantulum vacet, & orationes pro temporis opportunitate dicat, deinde accedit ad locum.

In Sacristia ibi

HÆc faciat, antequam induat se paramentis. Accipit Missale, perquirit Missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea, quæ dicturus est. Lavat manus dicens orationem: Da Domine &c. Præparat Calicem, sic. Super ejus os ponit Purificatorium, super illud Patenam cum Hostia, quam leviter extergit, si opus est, a fragmentis, eam tegit palla, tum velo, & super velo ponit Bursam, intùs habentem corporalem plicatum.

Quibus ita dispositis, accedit ad

Paramenta.

Sacerdos debet esse calceatus pedibus, & indutus vestibus sibi convenientibus, quarum exterior saltem talum pedis attingat, in veste oblongà, & talari.

Digitized by Google

Primum accipit Amictum, idest

Circa extremitates, & chordulas, osculatur illud in medio, ubi est Crux, & ponit super Caput dicens: Impone Domine &c., & mox declinat ad collum, & eo vestium collaria circumtegens, ducit chordulas sub brachiis, & circumducens per dorsum, ante pectus reducit, & ligat.

Tum Alba induitur, hoc modo

Caput submittens, deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistram sinistro imponens, Albam ipsam corpori adaptat, elevat ante, & à lateribus hinc inde, & Cingulo, per Ministrum à tergo sibi porrecto, se cingit; & dum ea induitur dicit: Dealba me Domine &c. & dum se cingit dicit: Præcinge me &c.

Sacerdos accipit Manipulum, hoc modo

Obsculatur Crucem in medio, & imponit brachio sinistro, & dicit: Merear, Domine &c.

Accipit Stolam, hoc modo.

Ambabus manibus, simili modo deosculatur, & imponit medium ejus collo, ac transversando eam ante pectus in modum Crucis, ducit partem à sinistro humero pendentem ad dextram, & partem à dextro humero pendentem ad sinistram. Sicque utramque partem Stolæ extremitatibus Cinguli hinc inde ipsi Cingulo conjungit, & dum Stola imponitur collo, dicit: Redde mihi Domine Stolam &c.

Do-

Digitized by Google

Poſtremo Sacerdos accipit Planetam dicens.

Domine, qui dixiſti &c.

Sacerdos Paramentis indutus à Sacriſtia diſcedens ad Altare iturus

hæc facit.

Accipit manu ſiniſtra Calicem, portat elevatum ante pectus, Burſam manu dextra ſuper Calice tenens, & facta profunda reverentia Cruci vel Imagini illi, quæ in Sacriſtia erit, capite cooperto accedit ad Altare.

In hoc autem acceſſu procedet.

Oculis demiſſis, inceſſu gravi, erecto corpore.

In ſuo proceſſu per Eccleſiam.

Si tranſibit ante Altare majus.

Capite cooperto, faciat ad illud reverentiam profundam.

Si ante locum Sacramenti.

Genuflectat uno genu ſolo, & quidem dextro, tangente terram.

Si ante Altare, ubi eo tunc elevatur, vel ministratur Sacramentum,

Similiter genuflectat utroque genu cum Birèto in capite, & detecto capite illud adoret, porrigendo biretum Ministro, capite profundè inclinato; nec antè surgat, quàm Celebrans deposuerit Calicem super Corporale; & antequam surgat, ponat Biretum in Capite, & sine alia reverentia prosequatur viam suam.

Cum pervenerit ad Altare,

Stans ante illius infimum gradum, Caput detegit, Biretum Ministro porrigit, Altari seù imagini Crucifixi profundè inclinat.

Si in eo sit tabernaculum SSm̃i Sacramenti,

Genuflectens infimo gradu, debitam facit reverentiam, nullam adjungat inclinationem Corporis vel Capitis, quia in genuflectione, & profunda inclinatione includitur inclinatio mediocris & simplex.

Tunc ascendit ad medium Altaris, ibi

Ad Cornu Evangelii sistit Calicem, extrahit Corporale de Bursa, extendit in medio Altaris, super Corporale Calicem Velo coopertum collocat, & Bursam ad cornu Evangelii.

Collocato Calice in Altari, hæc faciat.

Caput Cruci inclinet inclinatione simplici, vel mediocri. Accedat ad cornu Epistolæ, Missale super Cussino aperiat, reperiat Missam, & signacula suis locis accomodet.

Deinde rediens ad medium Altaris.

Facta Cruci reverentia mediocri, vertens se à cornu Epistolæ, descendit post infimum gradum Altaris.

Digitized by Google

Sacerdos, cum primum descenderit sub infimum gradum altaris,

Convertit se ad ipsum Altare, ubi stans in medio, junctis manibus ante pectus, extensis & junctis pariter digitis, pollice dextro super sinistrum posito in modum Crucis, detecto Capite, facta Cruci vel Altari profunda reverentia, erectus incipit Missam.

Si in Altari sit tabernaculum Sanctissimi Sacramenti, loco profundæ reverentiæ,

faciat.

Genuflectionem in infimo gradu, genu tangente infimum gradum; genuflexioni huic non adjungitur inclinatio Capitis vel Corporis; quia in genuflexione, & profunda inclinatione includitur inclinatio medioeris, & simplex, & in mediocri simplex.

De principio Missæ.

Stans Celebrans ante infimum gradum Altaris, dicit intelligibili voce: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen;

& hæc dicens,

Producit manu dextra à fronte ad pectus signum Crucis, sinistram ponit infra pectus, se ipsum benedicens, vertit ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis junctis & extensis,

ſis, à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, ſignum Crucis format.

Poſtquam dixerit in Nomine Patris &c.
Pronunciat clara voce: Introibo ad Altare Dei.

hoc dicens. Jungit manus ante pectus.

Judica me &c.
Confitebor &c.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Caput Cruci inclinat inclinatione ſimplici.
Introibo &c.

Adjutorium noſtrum &c. Dextera manu producit ſignum Crucis à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, hoc eſt, vertendo ad ſe palmam, ut ſupra, digitis extenſis & junctis, ſiniſtram ponendo infra pectus.

Al-

Digitized by Google

Confiteor Deo omnipotenti &c.	Altari se profundè inclinat junctis manibus.
Mea culpa, mea culpa, &c.	Ter pectus dextera manu percutit, sinistra infra pectus posita.
Minister dicit: Misereatur tui &c.	Sacerdos stans inclinatus profundè, respondet, Amen.
Minister dicit: Confiteor &c.	Tunc Sacerdos se erigit, cum incipitur Confiteor a Ministro.
Sacerdos dicit: Misereatur vestri &c.	Stans.
Indulgentiam &c.	Dicit, producens manu dextra à fronte ad pectus signum Crucis, & ab humero sinistro ad dextrum, vertendo ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis junctis & extensis, ponitque sinistram sub pectus.
Deus, tu conversus vivificabis &c.	Dicit, stans inclinatus mediocriter junctis manibus clara voce.

Digitized by Google

Oſtende nobis, Domine &c.

Dicit, ſtans inclinatus mediocriter, junctis manibus, clara voce.

Domine, exaudi &c. Dominus vobiſcum.

Dicit, ſtans inclinatus mediocriter, ſimiliter junctis manibus, & clara voce.

Oremus.

Extendit, manus inclinans Caput inclinatione ſimplici, & eas jungit.

Aufer a nobis, Domine &c.

Dum dicit ſecretò, Celebrans junctis manibus aſcendit ad medium Altaris.

Oramus te, Dñe &c. dicit:

Inclinatus mediocriter, manibuſque item junctis ſuper eo poſitis, ita ut digiti parvi dumtaxat frontem ſeu medium anterioris partis tabulæ, ſeu menſe Altaris tangat, reſiduo manuum inter Altare & ſe, retento pollice dextro ſuper ſiniſtrum in modum Crucis poſito, ſecretò dicens.

Quorum reliquiæ hic ſunt,

Cum hæc dicit, oſculatur Altare in medio, manibus extenſis æqualiter hinc inde ſuper eo poſitis.

Oſculato Altari,

Accedit, non inclinat Caput, quia ſe inclinavit obſculando Altare, ad cornu epiſtolæ, ubi incipit Introitum, qui icatur intelligibili voce.

Introitus Miſſæ exempli gratia.

Digitized by Google

Salve, Sancta Parens &c.	Dicit, ſtans verſus Altare, producens a fronte ad pectus ſignum Crucis, vertendo ad ſe palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis junctis & extenſis, à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, ſiniſtram ponit ſub pectus.
Gloria Patri &c.	Dicit tenens junctas manus, & Caput inclinat verſus Crucem inclinatione ſimplici.
Salve, Sancta Parens &c.	Dum repetit, non ſignat ſe, ut prius, eo repetito junctis manibus ante pectus, accedit ad medium Altaris, ubi ſtans verſus illud manibus junctis, dicit intelligibili voce ter: Kyrie &c. Præmiſſa inclinatione ſimplici, vel mediocri facta Cruci.
Kyrie &c. ter.	
Chriſte &c. ter.	
Kirie &c. ter.	
Gloria in excelſis &c.	Dicit, intelligibili voce, manus extendens & elevans uſque ad humeros.
Deo;	Jungit manus, & Caput, Cruci inclinat inclinatione ſimplici.
Et in terra pax &c.	Dicit erectus, junctis manibus ante pectus.

Digitized by Google

Adoramus te.	Caput Cruci inclinat.	
Gratias &c.	Caput Cruci inclinat	Inclinatione ſimplici.
Jeſu Chriſte.	Caput Cruci inclinat	
Suſcipe	Caput Cruci inclinat	
Jeſu Chriſte.	Caput Cruci inclinat	
Cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.	Dicit, ſeipſum ſignando a fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, & in fine jungit manus, digitis extenſis & junctis, ſiniſtram ponendo ſub pectus, vola manus dexteræ reverſa ad ſe.	
Dicto Gloria in excelſis,	Celebrans oſculatur Altare in medio, manibus hinc inde ſuper eo extenſis, tum illis ante pectus junctis, demiſſis ad terram oculis, vertit ſe verſus populum per eam partem, quæ reſpicit cornu Epiſtolæ, dicens: Dominus vobiſcum.	
Dominus vobiſcum,	Dicit intelligibili voce extendens, ac jungens manus ante pectus, & junctis manibus ante pectus revertitur per eamdem viam ad Librum, ubi dicit: Oremus.	
Oremus,	Dicit intelligibili voce, manus extendens & jungens ante pectus, Caputque Cruci inclinans.	

Digitized by Google

Prima Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, &c.

Cum incipit orationem, extendit manus ante pectus, itaut palma unius manus respiciat alteram, & digitis simul junctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamque non excedat, orationem dicit stans intelligibili voce.

Mariæ

Caput inclinat versus librum inclinatione simplici.

Jesum &c.

Caput inclinat versus Crucem.

Qui tecum vivit & regnat in unitate &c.

Dicit extensis manibus, & dum dicit in unitate, jungit manus.

Secunda Oratio de Sancto ex. gr.

Oremus.

Dicit, manus extendens & jungens ante pectus, Caputque Cruci inclinans.

Sancti Confessoris &c. NN.

Extendit manus ante pectus, ita ut palma &c.; dum dicit N. N. Caput inclinat versus Librum, inclinatione simplici.

Tertia Oratio de Sancto, cujus fiat commemoratio ex. gr.

Te-

Digitized by Google

Indulgentiam nobis &c. beata N. N.	Tenet manus extensas ante pectus, itaut palma &c.
	Dum dicit N. N. Caput inclinat versus Librum inclinatione simplici.

Quarta de Papa.

Deus, omnium &c.	Tenens manus extensas ante pectus, itaut palma &c.
Famulum tuum N. N.	Dum dicit N. N. Caput inclinat versus Librum inclinatione simplici.
Per Dominum	Cum dicit, jungit manus, easque junctas tenet usque ad sæculorum. Amen.
Jesum &c.	Caput inclinat versus Crucem inclinatione simplici.
Sæcula sæculorum.	Tenet manus junctas.

Responso à Ministro Amen.

Celebrans legit Epistolam. Lectio Epistolæ &c. Charissime &c.	Dum Celebrans legit Epistolam, ponit super Librum manus, vel super Altare, ita ut palmæ Librum tangant; vel, ut placuerit Librum tenens legit intelligibili voce.

Le-

Digitized by Google

Graduale. Alleluja &c.

Legit Graduale, Alleluja, Versiculum, Tractum, ac Sequentiam, si dicenda sit, intelligibili voce, tenens super Librum manus, vel super Altare; itaut palmæ Librum tangant, vel, ut placuerit, Librum tenens.

Quibus dictis, Celebrans legit Evangelium, & Minister portat Missale ad cornu Evangelii, & sic locat, ut posterior pars Libri respiciat ipsum cornu Altaris, & non ad parietem, sive ad partem ejus, contra se directam.

Minister, dum portat Missale in cornu Evangelii &c.

Interim Celebrans discedit à cornu Epistolæ, & accedit ad medium Altaris, non facit Cruci inclinationem, quia debet immediate se inclinare dicendo, Munda cor &c. ibi stans junctis manibus ante pectus, & levatis ad Deum oculis, & statim demissis, profunde inclinatus dicit secretò: Munda cor meum &c. Jube Domine benedicere &c.

Sacerdos dicto: Munda cor meum &c. vadit in cornu Evangelii ad librum Missalis, ubi stans versus illum, junctis manibus ante

pe-

Digitized by Google

pectus, dicit intelligibili voce.

Dominus vobiscum.

Responso à Ministro: & cum Spiritu tuo, pollice dexteræ manus signo Crucis signat primo Librum super principio Evangelii, postea seipsum: In fronte, dicens: Sequentia: In ore dicens, Sancti Evangelii: & in pectore dicens, secundum Lucam; tenet sinistram supra Librum, & non ad pectus, & non ad latus sinistrum.

Legit Evangelium.

Junctis manibus ante pectus, stans versus Librum, dicit intelligibili voce usque ad finem Evangelium.

In illo tempore &c., & invenerunt Mariam &c.

Caput versus Librum inclinat inclinatione simplici.

Responso à Ministro Laus tibi Christe,

finito Evangelio:

Sacerdos elevans parumper Librum osculatur principium Evangelii, dicens secretò: Per Evangelica dicta &c. sine Amen. Osculum fit versus initium Evangelii.

Dicto Evange-

Dicit: Credo &c., stans in medio Altaris versus Crucem, dum accedit ad medium

Digitized by Google

lio, Celebrans incipit: Credo.

dium Altaris non facit inclinationem Cruci, quia mox debet eam facere dicendo in Unum Deum, elevans usque ad humeros, & extendens manus.

In unũ Deum,

Hic jungit manus, & Caput Cruci inclinat inclinatione simplici.

Patrem omnipotentem &c.

Dicit capite erecto, stans, junctis manibus ante pectus usque ad finem.

Et in unum Dñum Jesum Christum &c.

Caput Cruci inclinat inclinatione simplici.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est

Genuflectit uno genu, tangente terram, & Caput non inclinat manibus extensis supra Altare.

Adoratur

Caput Cruci inclinat inclinatione simplici.

Et vitam venturi sæculi Amen.

Dicit, producens sibi manu dextera signum Crucis à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, vertendo ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis junctis & extensis, & in fine jungit manus.

Dicto Symbolo.

Celebrans osculatur Altare in medio, & junctis manibus ante pectus,

ver-

Digitized by Google

vertit se ad populum per eam partem, quæ respicit cornu epistolæ, dicit: Dominus vobiscum.

Dominus vobiscum.	Dicit, dimissis oculis sic versus ad populum, extendens & jungens manus, & junctis manibus revertatur per eamdem viam ad medium Altaris, ut dicat Oremus.
Oremus.	Dicit extendens & elevans usque ad humeros, & jungens manus, Caputque Cruci inclinans inclinatione simplici.
Offertorium.	
Felix namque es &c.	Dicit junctis manibus.
Maria &c.	Caput inclinat versus Librum inclinatione simplici.
Dicto offertorio.	Discooperit Calicem, (Minister plicet Velum, non reponendo illud supra Corporale post Calicem, sed ad partem Epistolæ) Calicem ad cornu Epistolæ sistit, manu dextra amovet parvam pallam desuper Hostiam, accipit Patenam cum Hostia, ut dicat: Suscipe, Sancte Pater &c.
Suscipe, Sancte Pater &c.	Dicit oculis ad Deum elevatis, idest versus Crucifixum, & statim demissis, te-

Digitized by Google

tenens Patenam cum Hostia ambabus manibus usque ad pectus elevatam, dicit, inquam, secretò Suscipe &c.

Quo dicto seu finito,

Patenam utraque manu tenens, cum ea facit signum Crucis super Corporale, & deponit Hostiam circa medium anterioris partis Corporalis ante se, & Patenam ad manum dexteram aliquantulum subtus Corporale, quam, exterso Calice, cooperit Purificatorio. Crux non debet excedere longitudinem unius palmi.

Posita Patena subtus Corporale,

Præmissa inclinatione simplici, vel mediocri facta Cruci, accedit ad cornu Epistolæ, & in cornu Epistolæ accipit Calicem, Purificatorio extergit, sinistra tenet Calicis nodum, accipit ampullam vini de manu Ministri, & ponit vinum in Calicem.

Posito vino in Calice,

Tenens sinistra Calicis nodum, producit signum Crucis super ampullam aquæ, & dicit eodem tempore, & non prius: Deus, qui humanæ substantiæ &c.; & infundens parum aquæ in Calicem, prosequitur: Da nobis per hujus aquæ, & vini mysterium, &c. Totum dicit secreto.

Imposita aqua in Calice, & finita Oratione: Deus qui humanæ substantiæ &c. dicit

Offerimus ti-

Accipit manu dextera Calicem dico-

bi Dñe.

ſcoopertum: ut dicat: Offerimus tibi Domine &c. accedens ad medium Altaris faciat inclinationem ſimplicem vel mediocrem Cruci. Dicit, accepto manu dextera Calice diſcooperto, ſtans ante medium Altaris, Calicem ambabus manibus elevatum tenens ad altitudinem pectoris, videlicet cum ſiniſtra pedem, cum dextera autem nodum infra cuppam, & intentis ad Deum, hoc eſt Crucifixum verſus, oculis, offert, dicens ſcil. Offerimus tibi Domine &c. ſecreto.

Offerimus tibi Dñe &c. dicto, & non prius.

Facit ſignum Crucis cum Calice ſuper Corporale; ſignum Crucis non debet excedere longitudinem unius palmi, tenens Calicem ambabus manibus; & Calicem in medio poſt Hoſtiam collocat, & palla cooperit.

In ſpiritu humilitatis &c.

Dicit, junctis manibus, ſuper Altare poſitis, tali forma, ut minores duo digiti tangant anteriorem partem Altaris; aliis ſupra ipſum naturaliter junctis, aliquantulum, hoc eſt, mediocriter inclinatus, dicit, inquam, ſecreto: In ſpiritu humilitatis &c.

Veni ſanctificator.

Dicit ſecreto erectus, elevans Crucifixum verſus oculos, & ſtatim demittens, manuſque expandens, & elevans uſque ad humeros, & ſtatim jungens ante pectus.

Benedic &c.

Cum dicit Benedic, ſignat manu dextera communiter ſuper Hoſtiam & Calicem, ſiniſtra poſita ſuper Altare; & dum ſignat, linea ſit æqualis & re-

cta

cta versus pectus, & non medietatem versus Hostiam deprimat, & non excedat longitudinem unius palmi.

Veni Sanctificator &c. dicto,

Priusquam accedat ad cornu Epistolæ, potest omittere inclinationem, quia fuit facta dicendo in Spiritu humiliatis. Junctis ante pectus manibus, accedit ad cornu Epistolæ, ubi stans, Ministro aquam fundente, lavat manus, idest, extremitates digitorum pollicis & indicis, dicens, Psalmum Lavabo &c. cum Gloria Patri &c. secreto.

Psalmo Lavabo &c. cum Gloria &c. dicto.

Celebrans lotis jam manibus, & iis tersis, manibus ante pectus junctis, revertitur ad medium Altaris, ubi stans non se inclinat, quia debet se inclinare ad ly Suscipe Sancta Trinitas, oculosque ad Deum elevans, hoc est, Crucifixum, & statim demittens, manibus junctis super Altare, aliquantulum, hoc est mediocriter inclinatus, dicit secreto, Suscipe Sancta Trinitas &c., manibus junctis super Altare, tali forma ut minores duo digiti tangant anteriorem partem Altaris, & ut alii supra ipsum sint naturaliter juncti.

Dicta oratione Suscipe Sancta Trinitas &c.,

Manibus hinc inde extensis, & super Altare positis, osculatur illud in medio, tum junctis manibus ante pectus, demississque oculis ad terram, a sinistra manu ad dexteram vertit se ad populum, ut dicat, Orate Fratres &c.

Orate fratres &c.

Dicit voce aliquantulum elata, hoc est, voce mediocri versus populum, extendens & jungens manus, & dicto

Digitized by Google

ſic orate Fratres ſecreto, proſequitur, Ut meum, ac veſtrum Sacrificium &c.

Ut meum ac veſtrum Sacrificium &c.

Hoc dicit ſecreto perficiendo circulum, revertendo a manu dextra ad medium Altaris, junctis manibus ante pectus.

Et reſponſo à Miniſtro, Suſcipiat Dominus &c.

Celebrans ſubmiſſa voce dicit: Amen, voce mediocri:

Dicto à Celebrante ſubmiſſa voce, Amen,

Manibus ante pectus extenſis, ſtans in medio Altaris verſus Librum dicit abſolute ſine Oremus Secreta, Muneribus noſtris &c. ſecreto.

Dicto ſine Oremus: Muneribus noſtris &c.

PerDominum

Cum dicit In unitate &c., jungit manus.

Noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Cum dicit Jeſum Chriſtum, caput inclinat Cruci.

Præfatio.

Per omnia ſæcula ſæculorũ,

Dicit convenienti & intelligibili voce, ſtans in medio Altaris, depoſitis ſuper eo manibus, hinc inde extenſis extra Corporale.

Dñus vobiſcũ,

Dicit eodem modo.

Cum

Surſum corda	Cum dicit, elevat manus hinc inde extenſas uſque ad pectus, ita ut palma unius manus reſpiciat alteram.
Gratias agamus Domino	Cum dicit, jungit manus.
Deo noſtro.	Cum dicit, oculos elevat, Crucifixum verſus, & ſtatim Cruci caput inclinat inclinatione ſimplici.
Vere Dignũ & juſtum eſt &c.	Dicit elevatis & extenſis hinc inde manibus uſque ad pectus, ita ut palma unius manus reſpiciat alteram.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus &c. pleni ſunt cœli &c.	Dicit voce mediocri, junctis ante pectus manibus, & inclinatus mediocriter.
Benedictus qui venit in nomine &c.	Cum dicit, erigit ſe, & ſignum Crucis ſibi producit a fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, vola manus dexteræ reverſa ad ſe, digitis extenſis & junctis, ponit ſiniſtram ſub pectus, & in fine jungit manus.
Finita Præfatione,	Sacerdos ſtans ante medium Altaris, verſus ad illud aliquantulum elevat manus, uſque ad humeros, oculiſque elevatis ad Deum, Crucifixum, & ſine mora devotè demiſſis, ac manibus junctis, & ſuper Altare poſitis, profunde

Digitized by Google

de inclinatus incipit Canonem: Te igitur &c.

Te igitur, clementissime, — Dicit secretò, profundè inclinatus, manibus junctis, & super Altare positis.

rogamus ac petimus &c. — Dum dicit, osculatur Altare in medio,

Uti accepta habeas & benedicas, — Cum dicit, erigit se, & stat junctis manibus ante pectus.

Hæc ✠ dona, Hæc ✠ munera, hæc sancta ✠ Sacrificia illibata, — Cum dicit, dextra manu signat. Ter communiter super Hostiam & Calicem; Crux sit æqualis & recta versus pectus, & non excedat longitudinem unius palmi.

In primis, quæ tibi offerimus &c. — Dicit extensis manibus ante pectus.

Papa Nostro N. — Exprimit nomen Papæ, & facit inclinationem simplicem Missale versus.

Antistite Nostro N, — Specificatur nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarii.

Di-

Digitized by Google

Fidei cultoribus.	
Memento Domine famulorum famularumque tuarum &c.	Dicit secretò elevans, & jungens manus usque ad faciem vel pectus, sic junctis manibus stat paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite, hoc est inclinatione simplici, faciens commemorationem vivorum Christifidelium ad suam voluntatem.
Et omnium circumstantiũ	Dicit secreto demissis, & extensis ante pectus manibus.
Comunicantes, & memoriam &c.	Dicit similiter extensis ante pectus manibus.
Mariæ &c.	Caput inclinat inclinatione simplici versus Librum.
Jesu Christi &c.	Cum dicit, caput Cruci inclinat inclinatione simplici.
Per eumdem Christum &c.	Cum dicit, jungit manus.
Hanc igitur oblationẽ &c.	Cum dicit secreto, expandit manus simul super oblata, ita ut palmæ sint apertæ versus ac supra Calicem & Hostiam, quas sic tenet usque ad illa verba. Per Christum Dñum nostrum.

Digitized by Google

Per Christum Dñum nostrũ &c.	Cum dicit, jungit manus.
Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæsumus,	Dicit similiter junctis manibus & secreto.
Bene ✠ dictã, Adscrip ✠ tã, Ra ✠ tam, rationabilẽ &c.	Cum dicit, communiter signat Ter super Hostiam & Calicem simul faciendo in eadem altitudine lineam transversam intra extremitatem anterioris pallæ, & intra Hostiam, ut una & alia linea dici queat communis, & non particularis.
Ut nobis, Cor ✠ pus & San ✠ guis	Separatim signat semel super Hostiam tantum, cum dicit, Sanguis signat semel super Calicem, & Cruces non excedant longitudinem unius palmi.
Fiat dilectissimi Filii tui Dñi nostri	Dicit elevans & jungens manus ante pectus.
Jesu Christi,	Dicit, caput Cruci inclinans inclinatione simplici.

Cum

Digitized by Google

Qui pridiè quàm pateretur,

Cum ſecreto dicit, extergit, ſi opus fuerit, in extremitate Corporalis, pollices & indices ſuper Corporale.

Accepit Panem in ſanctis ac venerabiles manus ſuas,

Dicit, ſtans rectus, accipiens pollice & indice dextræ manus hoſtiam, & eam cum illis, ac indice & pollice ſiniſtræ manus tenens, ſtans erectus ante medium Altaris, (Hoſtia teneatur erecta, & parum elevata) dicit:

Et elevatis oculis in cœlum ad Te Deum Patrẽ ſuum omnipotentem,

Dicit elevans ad Cœlum oculos, videlicet ad Crucifixum, & ſtatim demittens, dicit, Tibi gratias &c.

Tibi gratias agens,

Dicit, caput aliquantulum inclinans inclinatione ſimplici, verſus Crucem.

Bene ✠ dixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes;

Dum dicit, dextra producit ſignum Crucis ſuper Hoſtiam, tenens eam, ſtat rectus, inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus; Crux non excedat longitudinem unius palmi.

Hoc est enim Corpus meum.

Sacerdos profert hæc verba Consecrationis super Hostiam sine motione capitis, tenens eam pollicibus, & indicibus tantum, cubitis aliquantulum inflexis super Altare positis, stans capite inclinato, & humeris mediocriter inclinatis, distincte reverenter & secretò; ambo pedes debent teneri æqualiter positi in terra.

Quibus prolatis,

Celebrans tenens Hostiam inter pollices & indices super Altare, reliquis manuum digitis extensis, & simul junctis, (genuflexio sit magis devota, & cum majori reverentia ac aliæ,) genuflexus eam adorat genu tangente terram, hoc est, suppedaneum. Tunc se erigens, quantum commode potest, elevat successive in altum Hostiam per lineam rectam non extra Corporale, & intentis in eam oculis, populo reverenter ostendit adorandam; & mox sola manu dextera ipsam reverenter reponit per eamdem lineam super Corporale in eodem loco, unde eam levavit; & deinceps pollices & indices non disjungit, nisi quando Hostiam consecratam tangere vel tractare debet, usque ad ablutionem digitorum post Communionem. Consecratam Hostiam oportet semper sequi oculis, usque dum reponatur supra Corporale.

Reposita Hostia consecrata super Corporale,

Genuflexus ipsam veneratur genu tangente terram; & adorato Sacramento, Celebrans surgit, & discooperit Calicem indice & digito medio, in quem, si opus sit, extergit digitos (palla posita extra Corporale ad partem

tem

Digitized by Google

tem Epiſtolæ ſupra velum plicatum), &, ſtans erectus, dicit: Simili modo &c.

Simili modo &c.

Dicit, ſtans erectus, & ſecreto.

Accipiens & hunc præclarum Calicem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas.

Dicit, accipiens ambabus manibus Calicem juxta nodum infra cuppam, & aliquantulum illum elevans, ac ſtatim deponens.

Item gratias agens,

Caput inclinat inclinatione ſimplici verſus Sacramentum.

Benedixit,

Cum dicit, dextra ſignat ſuper Calicem, tenens eum ſiniſtra infra cuppam, hoc eſt ad nodum, & proſequitur Deditque diſcipulis ſuis &c. Hæc facit ſtans erectus. Crux non excedat longitudinem unius palmi.

Deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & bibite ex eo omnes;

Hic eſt enim Calix Sanguinis mei, novi

Verba Conſecrationis Sanguinis profert ſine motione capitis, tenens Calicem ambabus manibus parum elevatum, videlicet ſiniſtra pedem, dex teram-

& æterni Testamenti, mysterium fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

nodum infra cuppam, & aliquantulum inflexis cubitis super Altare positis, & capite inclinato, & humeris mediocriter inclinatis, profert attentè, continuatè, & secretò. Ambo pedes debent teneri æqualiter positi in terra.

Quibus dictis,

Reponit Calicem super Corporale, & dicens secretò & immediatè: Hæc quotiescumque feceritis &c.

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Genuflexus Sanguinem reverenter adorat, genu tangente terram, genuflexio sit magis devota, & cum majori reverentia ac aliæ sint; tum se erigit, & accipiens Calicem discoopertum cum Sanguine ambabus manibus, videlicet sinistra pedem, & dextera nodum infra cuppam, elevat eum per lineam rectam, non extra Corporale, & erectum; quantum commodè potest, ostendit populo adorandum; mox ipsum reverenter reponit super Corporale, in locum pristinum, & manu dextera palla cooperit, ac genuflexus Sacramentum veneratur genu tangente terram. Reposito Calice, & adorato, dicit: Unde & memores &c. Consecratum Calicem oportet semper sequi oculis, usque dum reponatur supra Corporale.

Unde & memores, Dñe,

Dicit secretò, stans ante Altare, extensis manibus ante pectus.

Cum

nos servi tui &c:	
Majestati tuæ de tuis donis, ac datis	Cum dicit, De tuis donis, ac datis, jungit manus ante pectus.
Hostiam ✠ puram. Hostiam ✠ Sanctam. Hostiam ✠ immaculatam;	Cum dicit, dextera signat Ter communiter super Hostiam & Calicem, manu sinistra posita super Altare, intra Corporale. Dum signat, linea sit æqualis, recta, versus pectus & altare, & non excedat longitudinem unius palmi.
Panem ✠ Sanctum vitæ æternæ,	Cum dicit, dextera signat semel super Hostiam tantùm, manu sinistra posita super Altare, intra Corporale, ut supra.
Et Calicem ✠ salutis perpetuæ:	Cum dicit, dextera signat semel super Calicem tantùm, manum sinistram tenens super Altare intra Corporale.
Supra quæ propitio &c. immaculatam Hostiam.	Dicit, stans ante Altare, secreto, extensis manibus ante pectus, pollices & indices non disjungens.
Supplices te rogamus &c.	Cum dicit, inclinat se profunde ante medium Altaris, manibus junctis super illo positis, tali forma, ut mino-

Digitized by Google

ut quotquot — nores duo digiti tangant anteriorem partem Altaris, & ut alii ſupra ipſum ſint naturaliter juncti.

Ex hac Altaris participatione — Cum dicit ſecreto, oſculatur Altare in medio, manibus hinc inde ſuper Corporale poſitis.

Sacroſanctum filii tui — Cum dicit, jungit manus.

Cor ✠ pus — Dicit, dextera ſignans ſemel ſuper Hoſtiam tantum, ſiniſtra ſuper Corporale poſita.

Et San ✠ guinem ſumpſerimus, — Dicit dextera ſignans ſemel ſuper Calicem tantum, ſiniſtra ſuper Corporale poſita.

Omni benedictione ✠ cœleſti &c. — Cum dicit, ſeipſum ſignat à fronte ad pectus ſigno Crucis, & ab humero ſiniſtro ad dextrum digitis extenſis & junctis, vola manus dexteræ reverſa ad ſe, ſiniſtra poſita infra pectus; & proſequitur, & Gratia repleamus.

Per eumdem Chriſtum Dominum &c. — Cum dicit, jungit manus, & Caput non inclinat.

Memento etiam, Domi- — Dicit ſecretò, extenſis & junctis manibus ante pectus, & uſque ad faciem elevatis, & intentis oculis ad

Sa-

Digitized by Google

ne, famulorum, famularumque tuarum &c. somno pacis.	Sacramentum, super Altare, & capite inclinato inclinatione simplici ad Sacramentum, facit commemorationem Fidelium defunctorum, de quibus sibi videtur.
Ipsis Domine &c. deprecamur.	Hoc dicit, commemoratione facta, & secretò, stans ante Altare, extensis manibus ante pectus.
Per eumdem Christum Dominum &c.	Cum dicit, jungit manus, & caput inclinat inclinatione simplici ad Sacramentum.
Nobis quoque peccatoribus:	Cum dicit, vocem aliquantulum elevat, caput non inclinat, stat rectus, dicit voce mediocri, & dextera manu pectus sibi percutit; ita ut pollex & index non tangant Casulam, sinistra posita super Corporale:
Famulis tuis &c. Largitor admitte.	Prosequitur secretò, stans ante Altare, extensis manibus ante pectus.
Per Christum Dominum nostrum.	Cum dicit, jungit manus ante pectus, secretò.

Di-

Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas.

Dicit, tenens junctas manus ante pectus.

Sancti ✠ ficas, vivi ✠ ficas, bene ✠ dicis, & præstas nobis.

Dicit, manu dextera Ter signans communiter super Hostiam & Calicem, (Cruces non excedant longitudinem unius palmi) postea discooperit manu dextra Calicem, & genuflexus Sacramentum adorat; tum se erigit, & reverenter accipit Hostiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum ea super Calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signat Ter à labio ad labium, dicens Per ✠ ipsum &c.

Per ✠ ipsum, & cum ✠ ipso, & ✠ in ipso.

Cum dicit secretò, signat Ter super Calicem à labio ad labium cum Hostia, quam habet inter pollicem & indicem dextræ manus.

Est tibi Deo Pa ✠ tri omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ Sancti

Cum dicit, similiter cum Hostia signat Bis inter Calicem & pectus, incipiens a labio Calicis; & Cruces non excedant longitudinem unius palmi.

Di-

Omnis honor & gloria	Dicit, tenens manu dextra Hoſtiam ſuper Calicem, & ſiniſtra Calicem elevans aliquantulum ſimul cum Hoſtia, ſiniſtra tenet nodum; quo dicto ſecreto, ſtatim utrumque deponens, hoc eſt, Hoſtiam & Calicem, Hoſtiam collocat ſuper Corporale; &, ſi opus ſit, digitos extergit in Calicem, ac pollices & indices jungens, Calicem palla cooperit, & genuflexus, dextro ſemper genu tangente terram, Sacramentum adorat, erigit ſe.
Per omnia ſæcula ſæculorum.	Dicit ſtans erectus intelligibili voce, manibus extenſis hinc inde ſuper Altare intra Corporale poſitis.
Oremus &c.	Cum dicit, jungit manus, caput Sacramento inclinans.
Præceptis ſalutar. &c.	Cum dicit, erigit ſe, manibus junctis, verſus Sacramentum.
Pater noſter &c.	Cum incipit, extendit manus & elevat uſque ad humeros, oculis ad Sacramentum intentis, & ſtans, proſequitur uſque ad = Sed libera nos a malo, excluſive.
Amen.	Dicit ſubmiſſa voce; reſponſo a Miniſtro = Sed libera nos a malo, & dicto Amen, Celebrans manu dextra, pollice & indice non disjunctis, Patenam aliquantulum Purificatorio extergens, eam accipit inter indicem & medium digitos, quam tenens ſuper

Digitized by Google

Altare erectam, finiſtra ſuper Corporale poſita, dicit ſecreto, Libera nos &c.

Libera nos; quæſumus, &c. & omnibus Sanctis:

Dicit ſecreto, tenens Patenam inter indicem & medium digitos, tenens eam ſuper Altare erectam, ſiniſtra ſuper Corporale poſita:

Da propitius pacem in diebus noſtris.

Antequam Celebrans dicat, Da propitius pacem, elevat manu dextra Patenam de Altari, & ſeipſum cum ea ſignat ſigno Crucis, dicens, Da propitius pacem in diebus noſtris; & cum ſignat ſe, manum ſiniſtram ponit infra pectus; deinde Patenam ipſam oſculatur, ut pollice & indice junctis non tangatur Caſula: Patena oſculetur prope indicem dextræ, quo Patenam tenet:

Ut ope miſericordiæ tuæ &c.

Et proſequens. Ut ope miſericordiæ tuæ &c. ſubmittit Patenam Hoſtiæ, quam indice ſiniſtræ accommodat ſuper Patenam, diſcooperit Calicem, Patena non ſuperimponatur pedi Calicis, & genuflexus Sacramentum adorat, dextro genu tangente terram, tum ſe erigens, accipit Hoſtiam inter pollicem & indicem dextræ manus; & cum illis, ac pollice & indice ſiniſtræ manus eam ſuper Calicem tenens, reverenter frangit per medium, dicens ſecreto, Per eumdem Dominum &c.

Per eumdem Dñum no-

Dicit, cum reverenter frangit Hoſtiam per medium; dum dicit Jeſum, Caput inclinat inclinatione ſimplici

ver-

Digitized by Google

ſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. | verſus Sacramentum, & mediam partem, quam inter pollicem & indicem dextræ manus tenet, ponit ſuper Patenam; de alia media, quam ſiniſtra tenet manu, frangit ex parte inferiori cum pollice & indice dextræ manus particulam, proſequens: Qui tecum vivit &c.

Qui tecum vivit, & regnat | Dicit, cum de alia media Hoſtia, quam ſiniſtra manu tenet, frangit, ut ſupra, cum pollice & indice dexteræ manus Particulam.

In unitate Spiritus Sancti Deus, | Dicit; cum eam Particulam inter ipſos dexteræ manus pollicem & indicem retinens, partem majorem, nempe quam ſiniſtra tenet, adjungit mediæ ſuper Patenam poſitæ; ſed retineat, quantum fieri poteſt, figuram orbicularem.

Per omnia ſæcula ſæculorum. | Dicit intelligibili voce, tenens Particulam Hoſtiæ, quam in dextra manu retinuit, tenens nempe ſuper Calicem; quem ſiniſtrâ per nodum infra cuppam retinet, poſtea dicit Pax.

Pax ✠ Dñi ſit ✠ ſemper vobi ✠ ſcum. | Dicit clara voce, ſignans cum ipſa Particula, quam in dextra manu tenet, ſuper Calicem, ſignans nempe Ter a labio ad labium Calicis.

Hæc commixtio & Conſecratio Corporis & Sangui- | Dicens ſecreto, Hæc commixtio &c. Particulam, quam dextra manu tenet, dum dicit Jeſu caput inclinat inclinatione ſimplici verſus Sacramentum, deinde immittit in Calicem, pollices & indices ſuper Calicem aliquantulum ter-

nis Dñi nostri Jesu Christi fiat accipientibus nobis in vitam æternam &c.	tergit, & jungit. Calicem palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat, dextro genu tangente terram, surgit.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.	Dicit intelligibili voce, & stans, junctis manibus ante pectus, capite inclinato, & humeris mediocriter inclinatis versus Sacramentum.
Miserere nobis.	Dicit, dextra percutiens sibi pectus, ita ut pollex & index non tangant Casulam, sinistra super Corporale posita.
Miserere nobis.	Dicit, iterum dextra percutiens sibi pectus, ita ut pollex & index non tangant Casulam, sinistram super Corporale retinens.
Dona nobis pacem.	Dicens, tertio dextra percutit sibi pectus, ita ut pollex & index non tangant Casulam, sinistram super Corporale retinens. Tunc dicit: Domine Jesu Christe &c.
Domine Jesu Christe &c. Domine Jesu Christe fili &c. Perceptio &c.	Dicit secreto, inclinatus medioeri inclinatione, manibus junctis super Altare positis taliter, ut minores duo digiti tangant anteriorem partem Altaris &c. oculisque ad Sacramentum intentis; quibus orationibus dictis, genuflectens Sacramentum adorat, & se erigens, dicit secreto, Panem &c.

ge-

Digitized by Google

genuflexio sit magis devota; ac aliæ sunt.

Panem Cœlestem &c.

Dicit se erigens, & secreto; Quo dicto, dextra manu accipit de Patenam reverenter ambas partes Hostiæ, & & collocat inter pollicem & indicem sinistræ manus, quibus Patenam inter eumdem indicem & medium digitos supponit, & eadem manu sinistra tenens partes hujusmodi super Patena inter pectus & Calicem dicit: Domine, non sum dignus &c.

Domine, non sum dignus.

Dicit, voce mediocri aliquantulum elevata, parum inclinatus, hoc est mediocriter, tenens manu sinistra partes Hostiæ super Patenam inter pectus & Calicem, & dextera percutit pectus suum, non nimis fortiter, ita ut pollex & index non tangant Casulam. Pedes debent teneri æqualiter positi in terra.

Ut intres sub tectum meum sed &c.

Secreto prosequitur, quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes prædictas Hostiæ inter pollicem & indicem dextræ manus, ut dicat Corpus Domini &c.

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam.

Dicit secreto signans seipsum stans erectus signo Crucis cum Hostia super Patenam, ita ut Hostia non egrediatur limites Patenæ &c. Patenam teneat locatam supra Altare intra indicem & digitum medium sinistræ manus; & facto signo Crucis cum Hostia (Crux fiat in altum, & recte) se inclinans inclinatione mediocri, cubitis super Altare positis, reverenter ea-

Amen.

eaſdem ambas partes ſumit. (Cum dicit Jeſu, caput inclinat inclinatione ſimplici verſus Sacramentum.) Quibus ſumptis, deponit Patenam non ſuper Corporale, ſed ſuper pedem Calicis, & erigens ſe, junctis indicibus & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem jungit, & aliquantulum quieſcit, in meditatione Sanctiſſimi Sacramenti, deinde dicit: Quid retribuam Domino &c.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Cum ſecreto, & depoſitis manibus, dicit Quid retribuam Domino &c. interim diſcooperit Calicem, genuflectit, dextro genu tangente terram, & genuflexio ſit magis devota, & cum majori reverentia ac aliæ ſint, ſurgit, accipit Patenam, inſpicit Corporale, quod parum elevat, colligit fragmenta cum Patena, ſi qua ſint in eo, Patenam quoque diligenter cum pollice & indice dextræ manus ſuper Calicem extergit, & ipſos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat.

Calicem Salutaris accipiam, & Nomen &c. Laudans &c.

Dicit ſecretò cum poſt exterſionem Patenæ, junctis pollicibus & indicibus, Calicem dextra manu infra nodum cuppæ accipit, & ſiniſtra Patenam intra indicem & digitum medium eam tenens ſupra Corporale, & dicit uſque ad Salvus ero, incluſive.

Sanguis Dñi noſtri Jeſu Chriſti cuſto-

Dicit ſecretò, inclinans caput inclinatione ſimplici ad Jeſu &c. & ſignans ſe ſigno Crucis cum Calice (dum ſignat ſe, ſtet rectus, non inclinatus) & manu ſiniſtra ſuppenens Patenam Ca-

diat animam meam in vitam æternam. Amen.

Calici (subtus mentum, at non tangat mentum) reverenter sumit totum Sanguinem cum Particula in Calice posita. Signum Crucis cum Calice fiat supra Patenam locatam supra Altare, fiat in altum, & recte,

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus &c.

Dicit secreto, sumpto Sanguine, & super Altare porrigit Calicem Ministro in cornu Epistolæ, quo vinum fundente se purificat; priusquàm accedat ad cornu Epistolæ caput Cruci inclinet inclinatione mediocri vel simplici.

Corpus tuum, Dñe, quod sumpsi &c.

Interim dicit secreto, cum deinde vino & aqua abluit pollices, & indices super Calicem, quos abstergit Purificatorio, Ablutionem sumit, & extergit os, & Calicem Purificatorio; quo facto Purificatorium extendit super Calicem, & desuper Patenam, ac super Patena parvam Pallam, & plicato Corporali, quod reponit in Bursam, cooperit Calicem Velo, & Bursam desuper ponit, & collocat in medio Altaris, ut in principio Missæ.

Communio.

Beata viscera

Celebrante purificato, dum Calicem collocat in Altari, Liber Missalis defertur per Ministrum ad cornu Epistolæ, & collocatur, ut in Introitu; Minister genuflectit juxta cornu Evangelii, ut in principio Missæ; deinde Celebrans stans, junctis manibus legit

Antiphonam, quæ dicitur Communio, clara voce. Priusquam discedat a medio Altaris faciat Cruci inclinationem simplicem vel mediocrem.

Mariæ Virginis &c. — Cum dicit, caput inclinat versus Librum; qua lecta junctis item manibus ante pectus vadit ad medium Altaris.

Dominus vobiscum. — Dicit clara voce, cum osculato Altari in medio, manibus hinc inde super eo extensis, tum illis ante pectus junctis, demissis ad terram oculis, vertit se ad Populum a manu sinistra ad dextram, & dicto Dominus vobiscum, per eamdem viam redit ad Librum.

Oremus. — Dicit clara voce, manus extendens & jungens ante pectus, caputque Cruci inclinans.

Sumptis, Domine, salutis nostræ &c. — Cum incipit clara voce Postcommunionem, extendit manus ante pectus ita ut palma unius manus respiciat alteram, & digitis simul junctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamque non excedat, dicit Postcommunionem, stans.

Mariæ Virginis. — Cum dicit, caput inclinat versus Librum.

Per Dominum nostrum — Cum dicit, jungit manus, easque junctas tenet usque ad sæculorum Amen.

Jesum &c. — Cum dicit, caput inclinat versus Crucem.

Cum

Sæcula sæculorum.

Cum dicit, tenet manus junctas. Orationibus finitis, idest terminata conclusione ultimæ orationis, claudit Librum, & jungens manus ante pectus, revertitur ad medium Altaris, ubi osculato Altari in medio, manibus hinc inde super eo extensis, tum illis ante pectus junctis, demissis ad terram oculis, vertit se ad populum, & dicit, Dominus vobiscum.

Dominus vobiscum.

Dicit intelligibili voce, extendens ac jungens manus ante pectus; quo dicto, stans junctis manibus ante pectus versus populum, dicit Ite Missa est.

Ite, Missa est.

Dicit stans intelligibili voce, junctis manibus ante pectus versus populum; quo dicto, per eamdem viam revertitur ad medium Altaris.

Placeat tibi, Sancta Trinitas &c.

Dicit secreto stans ante medium Altaris, junctis manibus super eo, & capite inclinato, & humeris mediocriter inclinatis, junctis manibus &c. tali forma, ut minores duo digiti tangant anteriorem partem Altaris, & ut alii super ipsum sint naturaliter juncti.

Benedicat vos Omnipotens Deus,

Dicto Placeat tibi &c. extensis manibus, hinc inde super Altare positis, ipsum Altare in medio osculatur, tum erigens se, adhuc stans versus illud, elevat ad Cœlum oculos Crucifixum versus, & manus usque ad humeros, quas extendit, & jungit, caputque Cruci inclinans inclinatione simplici dicit voce intelligibili: Benedicat vos Omnipotens Deus.

Di-

Digitized by Google

Pater, & Filius, ✠ & Spiritus Sanctus.

Dicto Benedicat vos Omnipotens Deus, junctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum, a sinistro latere ad dextrum, extensa manu dextra, junctisque digitis, & manu sinistra infra pectus posita, semel benedicit populo dicens: Pater, & Filius, ✠ & Spiritus Sanctus, & circulum perficiens, accedit ad cornu Evangelii.

Dominus vobiscum.

Dicit intelligibili voce; cum accedit ad cornu Evangelii, & jungit manus.

Initium Sancti Evangelii secundum Joannem.

Dicit signans pollice dextro signo Crucis Altare, seu Librum in principio Evangelii, deinde frontem, os, & pectus. Sinistra ponitur supra Librum, vel supra Mensam ipsam, signando pollice dexteræ manus.

In principio &c.

Legit junctis manibus, clara voce.

Et verbum caro factum est.

Cum dicit, genuflectit versus cornu Evangelii, & surgens prosequitur, ut prius.

Antiphona.

Trium Puerorum Canticum: Benedi-

Finito Evangelio, & responso a Ministro Deo Gratias, extinguuntur per Ministrum candelæ; interim Sacerdos accipit sinistra Calicem, dextram ponens

Digitized by Google

cite omnia &c.

nens super Bursam, ne aliquid cadat, descendit ante infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat. Si in eo est tabernaculum Sanctissimi Sacramenti, genuflectit in infimo gradu, & facta reverentia) profunda accipit biretum a Ministro, caput cooperit, biretum non ponatur supra Bursam, ac præcedente eodem Ministro, eo modo, quo venerat, redit ad Sacristiam, interim dicens, Trium Puerorum &c. quæ Antiphona duplicatur tantum in Festis Duplicibus; & tempore Paschali additur in fine Alleluja.

Dum Sacerdos post Missam intrat Sacristiam.

Facit inclinationem profundam Cruci vel Imagini principali in Sacristia, capite cooperto, tenendo Calicem manibus, juxta communem Auctorum. Exuens Vestes Sacras. Oportet illas deosculari, idest, Amictum, Manipulum, & Stolam in medio, ubi est Crux, ordine inverso. Cum redit in Sacristiam, incedat gressu gravi, & oculis demissis.

Digitized by Google

SACERDOS
CELEBRANS
In Missa Privata coram SS. Sacramento solemniter exposito.

Sacerdos celebraturus ad Altare, in quo sit SS. Sacramentum expositum, præmissis omnibus juxta Rubricas Missalis de more faciendis in Sacristia circa Præparationem ad Missam, Paramentorum acceptionem, ac Incessum per Ecclesiam, hæc observare tenetur, ut cultus reverentiaque SS. Sacramento debita exhibeatur.

Ingressus Presbyterium, seu Cappellam dicti Altaris,	Statim caput detegit, porrigens Ministro biretum.
Procedit ad medium Altaris;	Tunc utroque genu genuflectit in plano terræ; item caput profunde inclinat, & mox surgit.
Ascendit ad Altare.	Recta.

Ponit Calicem in Cornu Evangelii.

Corporale extrahit, illud	Sed antequam extrahat Corporale de Bursa, genuflectit unico genu, caput non inclinans, surgit.

Quo

Digitized by Google

de more extendit, Calicem ſuper imponens.

Quo facto genuflectit unico genu, Caput non inclinans, ſurgit.

Accedit ad cornu Epiſtolæ.

Librum aperit.

Redit ad medium Altaris.

Statimque genuflectit unico genu, abſque capitis inclinatione, ſurgit, & aliquantulum retrahens ſe ad Cornu Evangelii, deſcendit in planum Altaris, humeris verſis ad cornu Evangelii, ibique genuflectens ſuper infimum gradum uno genu, & caput inclinans; Miſſam erectus incipit more ſolito.

Miſſam incipit dicens: In Nomine ... uſque ad Orationem,

Aufer a nobis;

Dum dicit Aufer, Altare aſcendit, non genuflectens prius, neque caput inclinans.

An-

Digitized by Google

Aufer a nobis dicto, sequitur,

Oramus te, Domine . . . dicto, & osculato Altari,	Antequam dicat Oramus, genuflectit unico genu, caput non inclinans, surgit & dicit, Oramus te &c. eo dicto, iterum genuflectit ut supra, procedit ad cornu Epistolæ lecturus Introitum.
Introitu dicto,	Vadit in medio Altaris, ibi genuflectit unico genu, absque capitis inclinatione; postea surgit, & dicit Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.

Kyrie eleison dicto, cum Gloria in Excelsis, dicit:

Dominus vobiscum.	Antequam dicat Dominus &c. osculatur Altare, genuflectit ut supra, vertit se ad Populum in cornu Evangelii, & postea dicit, Dominus &c.
Dominus vobiscum dicto,	Genuflectit ut supra in medio Altaris, revertitur ad cornu Epistolæ. ibique dicit Oremus, Orationem, Epistolam, Graduale, Alleluja, vel Tractum, ut tempus postulat; sequitur.
Munda cor meum.	Antequam dicat in medio Altaris, Munda cor meum genuflectit ut supra.
Munda cor meum, dicto,	Iterum genuflectit ut supra, hoc est unico genu, & caput non inclinans; vadit ad cornu Evangelii, & conversus

Digitized by Google

sus ad Librum, dicit: Dominus vobiscum, & de more legit Evangelium.

Dicto Evangelio, Si Credo est dicendum, prius genuflectat ut supra &c.

Dicto Credo, Osculatur Altare, genuflectit ut supra, & conversus ad populum, in cornu Evangelii, dicit: Dominus vobiscum.

Dicto Dominus vobiscum, Convertit se ad Altare, in medio ejus genuflectit unico genu absque capitis inclinatione, & dicit Oremus cum Offertorio.

Oremus & Offertorio dictis De more facit ea, quæ sequuntur usque ad infusionem vini & aquæ in Calice exclusive.

Suscipe, Sancte Pater ... dicto. Genuflectit unico genu absque capitis inclinatione, accedit ad cornu Epistolæ, vinum de more infundit in Calicem cum aqua, & reversus ad medium Altaris, iterum genuflectit ut supra, & surgens, accipiendo Calicem, dicit: Offerimus tibi.

Offerimus tibi... In Spiritu humilitatis.... Et veni Sanctificator....

dictis, Non jungit manus, caput non inclinat, sed genuflectit ut supra, surgit, & recta incedit versus cornu Epistolæ, descendit in planum, circu um facit

Amen.

easdem ambas partes sumit. (Cum dicit Jesu, caput inclinat inclinatione simplici versus Sacramentum.) Quibus sumptis, deponit Patenam non super Corporale, sed super pedem Calicis, & erigens se, junctis indicibus & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem jungit, & aliquantolum quiescit, in meditatione Sanctissimi Sacramenti, deinde dicit: Quid retribuam Domino &c.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Cum secreto, & depositis manibus, dicit Quid retribuam Domino &c. interim discooperit Calicem, genuflectit, dextro genu tangente terram, & genuflexio sit magis devota, & cum majori reverentia ac aliæ sint, surgit, accipit Patenam, inspicit Corporale, quod parum elevat, colligit fragmenta cum Patena, si qua sint in eo, Patenam quoque diligenter cum pollice & indice dextræ manus super Calicem extergit, & ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat.

Calicem Salutaris accipiam, & Nomen &c. Laudans &c.

Dicit secretò cum post extersionem Patenæ, junctis pollicibus & indicibus, Calicem dextra manu infra nodum cuppæ accipit, & sinistra Patenam intra indicem & digitum medium eam tenens supra Corporale, & dicit usque ad Salvus ero, inclusive.

Sanguis Dñi nostri Jesu Christi custo-

Dicit secretò, inclinans caput inclinatione simplici ad Jesu &c. & signans se signo Crucis cum Calice (dum signat se, stet rectus, non inclinatus) & manu sinistra supponens Patenam

Ca-

Digitized by Google

diat animam meam in vitam æternam. Amen.

Calici (subtus mentum, at non tangat mentum) reverenter sumit totum Sanguinem cum Particula in Calice posita. Signum Crucis cum Calice fiat supra Patenam locatam supra Altare, fiat in altum, & recte,

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus &c.

Dicit secreto, sumpto Sanguine, & super Altare porrigit Calicem Ministro in cornu Epistolæ, quo vinum fundente se purificat; priusquàm accedat ad cornu Epistolæ caput Cruci inclinet inclinatione mediocri vel simplici.

Corpus tuum, Dñe, quod sumpsi &c.

Interim dicit secreto, cum deinde vino & aqua abluit pollices, & indices super Calicem, quos abstergit Purificatorio, Ablutionem sumit, & extergit os, & Calicem Purificatorio; quo facto Purificatorium extendit super Calicem, & desuper Patenam, ac super Patena parvam Pallam, & plicato Corporali, quod reponit in Bursam, cooperit Calicem Velo, & Bursam desuper ponit, & collocat in medio Altaris, ut in principio Missæ.

Communio.

Beata viscera

Celebrante purificato, dum Calicem collocat in Altari, Liber Missalis defertur per Ministrum ad cornu Epistolæ, & collocatur, ut in Introitu; Minister genuflectit juxta cornu Evangelii, ut in principio Missæ; deinde Celebrans stans, junctis manibus legit

Antiphonam, quæ dicitur Communio, clara voce. Priusquam discedat à medio Altaris faciat Cruci inclinationem simplicem vel mediocrem.

Mariæ Virginis &c. Cum dicit, caput inclinat versus Librum; qua lecta junctis item manibus ante pectus vadit ad medium Altaris.

Dominus vobiscum. Dicit clara voce, cum osculato Altari in medio, manibus hinc inde super eo extensis, tum illis ante pectus junctis, demissis ad terram oculis, vertit se ad Populum a manu sinistra ad dextram, & dicto Dominus vobiscum, per eamdem viam redit ad Librum.

Oremus. Dicit clara voce, manus extendens & jungens ante pectus, caputque Cruci inclinans.

Sumptis, Domine, salutis nostræ &c. Cum incipit clara voce Postcommunionem, extendit manus ante pectus ita ut palma unius manus respiciat alteram, & digitis simul junctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamque non excedat, dicit Postcommunionem, stans.

Mariæ Virginis. Cum dicit, caput inclinat versus Librum.

Per Dominum nostrum Cum dicit, jungit manus, easque junctas tenet usque ad sæculorum Amen.

Jesum &c. Cum dicit, caput inclinat versus Crucem.

Cum

Sæcula sæculorum.	Cum dicit, tenet manus junctas. Orationibus finitis, idest terminata conclusione ultimæ orationis, claudit Librum, & jungens manus ante pectus, revertitur ad medium Altaris, ubi osculato Altari in medio, manibus hinc inde super eo extensis, tum illis ante pectus junctis, demissis ad terram oculis, vertit se ad populum, & dicit, Dominus vobiscum.
Dominus vobiscum.	Dicit intelligibili voce, extendens ac jungens manus ante pectus; quo dicto, stans junctis manibus ante pectus versus populum, dicit Ite Missa est.
Ite, Missa est.	Dicit stans intelligibili voce, junctis manibus ante pectus versus populum; quo dicto, per eamdem viam revertitur ad medium Altaris.
Placeat tibi, Sancta Trinitas &c.	Dicit secreto stans ante medium Altaris, junctis manibus super eo, & capite inclinato, & humeris mediocriter inclinatis, junctis manibus &c. tali forma, ut minores duo digiti tangant anteriorem partem Altaris, & ut alii super ipsum sint naturaliter juncti.
Benedicat vos Omnipotens Deus,	Dicto Placeat tibi &c. extensis manibus, hinc inde super Altare positis, ipsum Altare in medio osculatur, tum erigens se, adhuc stans versus illud, elevat ad Cœlum oculos Crucifixum versus, & manus usque ad humeros, quas extendit, & jungit, caputque Cruci inclinans inclinatione simplici dicit voce intelligibili: Benedicat vos Omnipotens Deus.

Di-

Digitized by Google

Pater, & Filius, ✠ & Spiritus Sanctus.

Dicto Benedicat vos Omnipotens Deus, junctis manibus, ac demiſſis ad terram oculis, vertens ſe ad populum, a ſiniſtro latere ad dextrum, extenſa manu dextra, junctiſque digitis, & manu ſiniſtra infra pectus poſita, ſemel benedicit populo dicens: Pater, & Filius, ✠ & Spiritus Sanctus, & circulum perficiens, accedit ad cornu Evangelii.

Dominus vobiſcum.

Dicit intelligibili voce; cum accedit ad cornu Evangelii, & jungit manus.

Initium Sancti Evangelii ſecundum Joannem.

Dicit ſignans pollice dextro ſigno Crucis Altare, ſeu Librum in principio Evangelii, deinde frontem, os, & pectus. Siniſtra ponitur ſupra Librum, vel ſupra Menſam ipſam, ſignando pollice dexteræ manus.

In principio &c.

Legit junctis manibus, clara voce.

Et verbum caro factum eſt.

Cum dicit, genuflectit verſus cornu Evangelii, & ſurgens proſequitur, ut prius.

Antiphona.

Trium Puerorum Canticum: Benedi-

Finito Evangelio, & reſponſo a Miniſtro Deo Gratias, extinguuntur per Miniſtrum candelæ; interim Sacerdos accipit ſiniſtra Calicem, dextram po-

nens

Digitized by Google

cite omnia &c.

nens ſuper Burſam, ne aliquid cadat, deſcendit ante infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud, caput inclinat. Si in eo eſt tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti, genufle͡ctit in infimo gradu, & facta reverentia profunda accipit biretum a Miniſtro, caput cooperit, biretum non ponatur ſupra Burſam, ac præcedente eodem Miniſtro, eo modo, quo venerat, redit ad Sacriſtiam, interim dicens, Trium Puerorum &c. quæ Antiphona duplicatur tantum in Feſtis Duplicibus; & tempore Paſchali additur in fine Alleluja.

Dum Sacerdos poſt Miſſam intrat Sacriſtiam.

Facit inclinationem profundam Cruci vel Imagini principali in Sacriſtia, capite cooperto, tenendo Calicem manibus, juxta communem Auctorum. Exuens Veſtes Sacras. Oportet illas deoſculari, ideſt, Amictum, Manipulum, & Stolam in medio, ubi eſt Crux, ordine inverſo. Cum redit in Sacriſtiam, incedat greſſu gravi, & oculis demiſſis.

SA-

SACERDOS
CELEBRANS
In Missa Privata coram SS. Sacramento solemniter exposito.

SAcerdos celebraturus ad Altare, in quo sit SS. Sacramentum expositum, præmissis omnibus juxta Rubricas Missalis de more faciendis in Sacristia circa Præparationem ad Missam, Paramentorum acceptionem, ac Incessum per Ecclesiam, hæc observare tenetur, ut cultus reverentiaque SS. Sacramento debita exhibeatur.

Ingressus Presbyterium, seu Cappellam dicti Altaris,	Statim caput detegit, porrigens Ministro biretum.
Procedit ad medium Altaris;	Tunc utroque genu genuflectit in plano terræ; item caput profunde inclinat, & mox surgit.
Ascendit ad Altare.	Recta.
	Ponit Calicem in Cornu Evangelii.
Corporale extrahit, illud	Sed antequam extrahat Corporale de Bursa, genuflectit unico genu, caput non inclinans, surgit, Quo

Digitized by Google

de more extendit, Calicem ſuper imponens.

Quo facto genuflectit unico genu, Caput non inclinans, ſurgit.

Accedit ad cornu Epiſtolæ.

Librum aperit.

Redit ad medium Altaris.

Statimque genuflectit unico genu, abſque capitis inclinatione, ſurgit, & aliquantulum retrahens ſe ad Cornu Evangelii, deſcendit in planum Altaris, humeris verſis ad cornu Evangelii, ibique genuflectens ſuper infimum gradum uno genu, & caput inclinans; Miſſam erectus incipit more ſolito.

Miſſam incipit dicens: In Nomine ... uſque ad Orationem,

Aufer a nobis.

Dum dicit Aufer, Altare aſcendit, non genuflectens prius, neque caput inclinans.

An-

Digitized by Google

Aufer a nobis dicto, sequitur,

Oramus te, Domine . . . dicto, & osculato Altari,

Antequam dicat Oramus, genuflectit unico genu, caput non inclinans, surgit & dicit, Oramus te &c. eo dicto, iterum genuflectit ut supra, procedit ad cornu Epistolæ lecturus Introitum.

Introitu dicto,

Vadit in medio Altaris, ibi genuflectit unico genu, absque capitis inclinatione; postea surgit, & dicit Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.

Kyrie eleison dicto, cum Gloria in Excelsis, dicit:

Dominus vobiscum.

Antequam dicat Dominus &c. osculatur Altare, genuflectit ut supra, vertit se ad Populum in cornu Evangelii, & postea dicit, Dominus &c.

Dominus vobiscum dicto,

Genuflectit ut supra in medio Altaris, revertitur ad cornu Epistolæ. ibique dicit Oremus, Orationem, Epistolam, Graduale, Alleluja, vel Tractum, ut tempus postulat; sequitur.

Munda cor meum.

Antequam dicat in medio Altaris, Munda cor meum genuflectit ut supra.

Munda cor meum, dicto,

Iterum genuflectit ut supra, hoc est unico genu, & caput non inclinans; vadit ad cornu Evangelii, & conver-

sus

ſus ad Librum, dicit: Dominus vobiſcum, & de more legit Evangelium.

Dicto Evangelio, Si Credo eſt dicendum, prius genuflectat ut ſupra &c.

Dicto Credo, Oſculatur Altare, genuflectit ut ſupra, & converſus ad populum, in cornu Evangelii, dicit: Dominus vobiſcum.

Dicto Dominus vobiſcum, Convertit ſe ad Altare, in medio ejus genuflectit unico genu abſque capitis inclinatione, & dicit Oremus cum Offertorio.

Oremus & Offertorio dictis De more facit ea, quæ ſequuntur uſque ad infuſionem vini & aquæ in Calice excluſive.

Suſcipe, Sancte Pater ... dicto. Genuflectit unico genu abſque capitis inclinatione, accedit ad cornu Epiſtolæ, vinum de more infundit in Calicem cum aqua, & reverſus ad medium Altaris, iterum genuflectit ut ſupra, & ſurgens, accipiendo Calicem, dicit: Offerimus tibi.

Offerimus tibi... In Spiritu humilitatis.... Et veni Sanctificator....

dictis, Non jungit manus, capute non inclinat, ſed genuflectit ut ſupra, ſurgit, & recta incedit verſus cornu Epiſtolæ, deſcendit in planum, circu um facit

facit prius vertendo terga ad Populum, deinde faciem, ſicque converſus ad Populum lavat manus more ſolito.

Lotis manibus, & eas abſtergendo,

Redit ad medium Altaris, genufleſtit ut ſupra, ſurgit, & dicit Suſcipe, Sancta Trinitas & dicto Suſcipe &c. oſculatur Altare, genufleſtit, & in cornu Evangelii, non, perficiendo circulum, dicit Orate Fratres.

Orate Fratres dicto,

Convertit ſe ad medium Altaris, genufleſtit unico genu ut ſupra; ac Miſſam proſequitur de more uſque ad Purificationem incluſive. Campanula non pulſatur.

Poſt ſumptam Purificationem.

Sacerdos ponit Calicem extra Corporale ad cornu Epiſtolæ, genufleſtit in medio Altaris unico genu abſque capitis inclinatione, ſurgit, & vadit in cornu Epiſtolæ, ubi eſt Calix; ibi accipit Calicem, & in eo abluit de more digitos, quos & abſtergit, eodemque in loco ablutionem ſumit, ut tradunt nonnulli; vel ut alii, facta ablutione digitorum, procedit ad medium Altaris, ibi, ut ſupra, genufleſtit, ſurgit, & ſumit ablutionem, ſicut & accepit Purificationem. Ablutione peracta, plicatoque Corporali de more, legit Communionem.

Communio.

Antequam diſcedat e medio Altaris, dicturus Communionem, genufleſtit, ut ſupra; ſurgit, eaque recitata dicit: Dominus vobiſcum.

Dominus vo-

Antequam dicat, Dominus vobiſcum, in

biſcum, in medio Altaris genuflectit ut ſupra, ſurgit, oſculatur Altare, vertit ſe ad Populum in cornu Evangelii, & dicit, Dominus vobiſcum.

Dicto Dominus vobiſcum, Genuflectit, ut dixi, in medio Altaris, revertitur ad cornu Epiſtolæ, ibi dicit Oremus, & Poſtcommunionem de more.

Poſtcommunione dicta, Accedit ad medium Altaris, genuflectit, ut ſupra dixi, ſurgit, oſculatur Altare, vertit ſe ad Populum in cornu Evangelii, & dicit, Dominus vobiſcum, & Ite miſſa eſt.

Ite Miſſa eſt. Si vero dicturus eſt, Benedicamus Domino, Dominus vobiſcum dicto, convertit ſe ad Altare, genuflectit, ſurgit, & dicit: Benedicamus Domino.

Ite Miſſa eſt, vel, Benedicamus Domino, pro Miſſæ qualitate.

Dictis, Poſt Ite Miſſa eſt, convertit ſe ad Altare, genuflectit, ſurgit, & dicit, Placeat tibi.

Placeat tibi, Sancta Trinitas...

dicto, Oſculatur Altare, deinde dicit: Benedicat Vos Omnipotens Deus, quo dicto, caput non inclinat, ſed genuflectit, ſurgit, & converſus ad Popu-

lum in cornu Evangelii, illum benedicit more solito; circulum non perficit, non redit ad medium Altaris, neque genuflectit, sed vertens faciem ad Altare in eodem cornu, ubi benedixit Populum, dicit: Dominus vobiscum, ut legat Evangelium.

Evangelium in fine Missæ

lecturus,

Non signat Altare omnino, sed Librum aut Tabellam, si neutrum adsit, signet se ipsum solum.

Verbum caro factum est.

Dum dicit, & Verbum &c. genuflectit unico genu, absque capitis inclinatione, aliquantulum versus SS. Sacramentum, quo dicto, surgit & prosequitur.

Finito Evangelio,

Accedit ad medium Altaris, genuflectit ut supra, surgit, Calicem capit, descendit humeris versis, ad cornu Evangelii, in planum Capellæ, ibique genuflectit utroque genu, caput profunde inclinans, surgit, discedit, & in eodem loco, ubi caput detexerat, accipit Biretum a Ministro, caput tergit, aliquantulum consistens; pergitque in Sacristiam more solito.

DE MISSA PRIVATA

Coram Cardinali ubique gentium.

Coram Patriarcha & Ar-

chie-

Digitized by Google

chiepiscopo in tota Provincia.

Coram Episcopo in sola sua Diœcesi.

Coram Nuncio, & Legato Apostolico in loco suæ Legationis.

Coram Abbate benedicto, (& coram gaudente privilegiis benedictorum) habente usum Mitræ & Baculi, in suo Monasterio, vel Ecclesia sua.

Celebrans, monitus de adventu Prælati, ne Prælatus Celebrantem expectet, convenit, ut Prælatum præveniat, ipsumque attendat, sistens se versus Altare in cornu Epistolæ, jam sacris indutus, & Calice super Altare parato; præmissis præmittendis circa Præparationem, & cætera Missam præcedentia.

Prælato adveniente, Celebrans ipsum salutet, statimque descendens in planum, genuflectit unico genu, absque capitis inclinatione, Sanctissimo Sacramento, si repositum adsit in Tabernaculo, vel Cruci facit profundam reverentiam, & deinde eamdem Præla-

Digitized by Google

to, & erectus stat non in medio Altaris, sed à cornu Evangelii, expectans a Prælato signum incipiendi Missam, aliquantulum ad Prælatum conversus. Dato signo a Prælato, iterum profunde inclinat se Prælato, & aliquantulum conversus ad Altare, incipit Missam more consueto.

Prælatus supponitur audire Missam genuflexus ante medium Altaris, vel in cornu Epistolæ; non vero in loco privato aut occulto, quià tunc ei nihil fit.

In nomine Patris .... &c. usque ad

Confiteor. — Dicit more solito.

Confiteor Deo ... — Ubi pervenit ad illa verba, & *Vobis Fratres*, dicat profunde inclinans se Prælato, & *Tibi Pater*, similiter dicat & *Te Pater*, ubi dicitur de more, & *Vos Fratres*.

Misereatur ... Indulgentiam .... & reliqua usque ad Oremus inclusive. — Dicit in eodem loco, & ut moris est.

Oremus dicto — Inclinat se profunde Prælato: accedit ad medium Altaris ante infimum

gra-

gradum; & ibi incipiens, *Aufer a nobis*, ascendit ad Altare, & de more Missam prosequitur usque ad recitationem Evangelii inclusive.

Lecto Evangelio,

Celebrans non osculatur Librum, nec dicit, *Per Evangelica dicta*, Minister defert Librum apertum a Prælato osculandum. Post osculum Libri, Minister claudit Librum, ac tunc, & non prius, facit reverentiam Prælato.

Credo ... Offertorium .. & cætera usque ad primam Orationem recitatam, sive inclusive, quæ dicitur post Agnus Dei.

Dicuntur ut in aliis Missis.

Lecta prædicta Oratione prima, post tertium Agnus Dei, Domine Jesu Christe, qui.

Celebrans osculatur Altare, ambabus manibus tenet instrumentum Pacis, quod ei porrigitur a Ministro genuflexo a dextris Celebrantis, illudque osculatur, dicens; *Pax tecum* Minister respondit ei, *& cum spiritu tuo*, & erigens se, facit genuflexionem Altari unico genu absque capitis inclinatione, & genuflexione facta, defert instrumentum Pacis osculandum; quo a Prælato osculato, tunc, & non prius, facit reverentiam Prælato.

 Di-

Digitized by Google

Communio, Poſtcommunio, aliaque uſque ad Benedictionem, excluſive	Dicit more ſolito.
Benedicat vos Omnipotens Deus	Dicit more ſolito.
Pater & Filius ✠ & Spiritus Sanctus.	Antequam dicat, & priuſquam Populo benedicat, Celebrans converſus ad Prælatum, ei profunde ſe inclinat, quaſi petens ab eo licentiam benedicendi; qua peracta inclinatione, proſequitur dicens: Pater & Filius ✠ & Spiritus Sanctus. Celebrans non b nedicit ex illa parte, ubi eſt Prælatus; qui ſi ſit contra medium Altaris, tunc benedicit verſus cornu Evangelii tantum aſſiſtentes.
Evangelium in fine Miſſæ.	Dicit more ſolito.
Poſt Finem prædicti ultimi Evangelii.	Celebrans converſus ad Prælatum ſtans in eodem cornu Evangelii, facit illi profundam reverentiam.
Redit in Sacriſtiam.	Sed poſtquam Prælatus diſceſſerit.

CO-

CORAM SUMMO PONTIFICE.

Si celebraturus sit coram Summo Pontifice, sistit se ante infimum gradum Altaris a cornu Evangelii ante ipsum Pontificem, ubi genuflexus benedictionem expectat. Accepta benedictione, erigit se, & stans aliquantulum versus ad Altare, incipit Missam, *& alia* servat infra ipsam Missam, uti præscribitur coram Cardinali, Archiepiscopo, Episcopo, ac aliis Prælatis in Ecclesiis eorum jurisdictionis.

RITUS CELEBRANDI

MISSAM PRO DEFUNCTIS.

Præparatio ad Missam.

Antif. & Psalmi pro opportunitate Sacerdotis regulariter recitandi, id est, Ne reminiscaris.. & quæ sequuntur.

OMitti possunt ad libitum in Missa Defunctorum; sed si dicantur, ut moris est, apud pios Sacerdotes, serventur ea, quæ notata sunt initio Missæ de Festo.

AD MISSAM.

Digitized by Google

In Nomine Patris .... Introibo &c.

Dicit more ſolito. Omiſſo autem Pſalmo *Judica me Deus*, immediate ſubjungit.

Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

Dicens, ſignat ſe a fronte ad pectus de more.

Confiteor Deo omnipotenti

Dicit junctis manibus, profunde inclinatus de more, proſequitur Miſſam uſque ad Introitum excluſive, ut in aliis Miſſis.

Introitus.

Requiem æternam ....

Dicens, ponit ſiniſtram ſuper Miſſale, & manu dextera extenſa, facit ſignum Crucis ſuper illud.

Pſalmus, Te decet ...

Immediate proſequitur, abſolute; eo dicto, repetens Requiem æternam, non facit ſignum Crucis ſuper Miſſale.

Kyrie eleiſon.

De more, & omiſſo Gloria in excelſis, dicit, Dominus vobiſcum, cum reliquis, pro ut ordo officii, & tempus poſtulat, quæ præſcribuntur in Miſſa pro Defunctis uſque ad Evangelium.

Evangelium

Ante Evangelium dicit tantum, Munda cor meum, omiſſo Jube Domine benedicere. Legit Evangelium, ſignans Librum, & ſe, more conſueto.

Evangelio le-

Non oſculatur Librum, nec dicit

per

Digitized by Google

cto ,

per Evangelica dicta ; deinde dicit, Dominus vobiſcum , uſque ad infuſionem aquæ in Calice excluſive more ſolito ut in Miſſis de Feſto .

Aqua dum infunditur , ad Lavabo.

Non benedicitur, Miſſam legit, ut ſequitur & prout de more uſque ad Agnus Dei, omiſſo poſt Pſalmum Lavabo , Gloria Patri .

Agnus Dei

Dicit prima ac ſecunda vice . Agnus Dei , qui tollis peccata mundi, dona eis Requiem. Tertia vice, dicit, dona eis Requiem ſempiternam. Pectus non percutit, manus tenens junctas ante pectus .

Orationes ante Coñem .

Prima omiſſa, incipit a ſecunda uſque ad tertiam incluſive : in hac Miſſa non datur Pax .

Panem Cæleſtem ...

Dicit, ut moris eſt, & ſimiliter Miſſam proſequitur uſque ad Dominus vobiſcum incluſive , poſt ultimam Orationem . Quæres forte , amice Sacerdos, an hacce in Miſſa queant communicari Fideles? Faciam ſatis in fine hujus Miſſæ .

Dominus vobiſcum, dicto,

Dicit, Requieſcant in pace, converſus ad Altare. Quo dicto, immediate dicit , more conſueto , Placeat tibi &c. , & omiſſa Benedictione, ultimum Evangelium legit ſimiliter ut in aliis Miſſis.

Finito Evangelio .

Deſcendit, & diſcedens, dicit pro gratiarum actione, Antiphonam Trium Puerorum, ut habetur in principio Miſſalis.

An Fideles queant Communicare *In Missis Defunctorum?*

SUbmissa prius, ut par est, auctoritati eorum, ad quos spectat, hac mea Obella, non enim vincimur, (*a*) quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur, censerem affirmative posse responderi; attamen haud unquam extrahendo Pyxidem a Tabernaculo, sive ante cœptam Missam, sive post sumptum Sanguinem, sive demum post finem Missæ; sed Formulis in eadem Missa consecratis ad idem Sacrificium pertinentibus; ne aliqua videlicet dissonantia sequatur in Sacra administranda Sinaxi. Porro nonnulli vellent, nec immerito, si Fideles in Missis Defunctorum Formulis ad aliud Sacrificium pertinentibus communicarent, eos benedici oportere, juxta Rubricam de danda Benedictione, peracta Communione; quod tamen in Paramentis nigris, juxta aliam Rubricam de non impertienda Benedictione in Missis Defunctorum, neque aquæ vino infundendæ, neque populo in fine Missæ, absurdum videtur. Cæterum meliores Sacrorum Rituum moderatores, quantum ad Formulas in eodem Sacrificio pro Defunctis & in paramentis nigris consecratas, idem sensere, quod Tridentina Synodus, (*b*) quæ Optaret, ut in singu-

gu-

(*a*) *S. Cyprian. Epist. ad Quintum.*
(*b*) *Sess. 22. Cap. 6.*

Digitized by Google

gulis Missis Fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent. Vide, Concilii Patres illimitate loqui, *in singulis Missis*, & ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Adde, in Missalibus nuperrime editis pro Defunctis, post sumptionem Sanguinis, ordinari sic; Si qui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purificet. Idem præscribitur in perantiquis, signanter in quodam de anno 1578. Licet in eo, ut in cæteris, excipiantur alia omnia, quæ in Missis Defunctorum omitti debent; atque hæc ubique Romæ praxis est nostra ætate, prætermissa tamen semper Communicantium Benedictione, quippe quæ in Paramentis nigris impertiri non debet, nisi Fidelibus Defunctis; ipsis vero Communicantibus, seu Participantibus de eodem in Paramentis nigris Sacrificio, abunde sufficiat Author Benedictionum omnium Christus Dominus; quemadmodum Celebranti vel etiam Diacono & Subdiacono, si & ipsi ejusdem tunc Sacrificii participes fierent, abunde est, & esset respective. Atque ita dixerim conciliari oportere super hac re authores in aliam & aliam sententiam abeuntes, salvo semper, ut dixi, judicio meliore.

DE

Digitized by Google

DE SACRA COMMUNIONE

Facienda in Missa.

Sacerdoti, ad Altare celebranti Missam, deferuntur nonnullæ Hostiæ consecrandæ pro Communione Fidelium.

Quæres 1. quo in loco reponi debeant?

R. Super Corporale a parte Evangelii, e regione majoris Hostiæ, ab ea aliquantulum distantes.

2. Sacerdos quando debet habere intentionem eas offerendi & consecrandi?

R. Eo tunc temporis, dum Hostiam offerens dicit, *Suscipe Sancte Pater*.

3. Quid facere debet tempore Consecrationis.

R. Verba Consecrationis proferre debet super Hostiam, & simul super omnes Formulas consecrandas, quas non removeat a loco, in quo a principio positæ erant, donec eas populo fideli distribuat.

R.

Digitized by Google

4. Quid debet facere Sacerdos pro actuali Communione?

R. Statim post sumptionem Sanguinis 1. Calicem palla tergit. 2. genuflectat unico genu. 3. ponit Particulas consecratas super Patenam. Interim Minister extendit linteum ante Communicandos, & pro eis facit Confessionem, dicens, *Confiteor Deo* &c.

5. Quid debet facere Sacerdos dicto Confiteor a Ministro?

R. 1. genuflectit. 2. manibus junctis vertit se ad populum stans in cornu Evangelii, ne terga vertat Sacramento. 3. dicit (etiam si unicus sit tantum Communicandus) *Misereatur vestri* &c. *Indulgentiam* &c. *Vestrorum* &c., manu dextra faciens signum Crucis super eos. 4. iterum genuflectit. 5. accipit Patenam cum Sacramento manu sinistra. 6. dextra sumit unam Particulam, eam tenens inter pollicem & indicem aliquantulum elevatam super patenam, & conversus ad Communicandos in medio Altaris dicit, *Ecce Agnus Dei*, deinde subjungit ter, Domine non sum dignus, de more.

6. Quid debet facere Sacerdos his verbis tertio repetitis?

R. His integre devote clara voce & in genere masculino repetitis per tres vices, 1. ab Altare descendit, 2. accedit ad dexteram Communicandorum, hoc est, ad latus Epistolæ, 3. unicuique porrigit Sacramentum eadem actione, faciens super atenam cum Sacramento signum Crucis, ac simul dicens, Corpus Domini nostri Jesu Christi, &c.

Digitized by Google

7. Quid debet facere Sacerdos omnibus Communicatis?

R. 1. Revertitur ad Altare, nihil dicens, & non dans Communicatis Benedictionem, 2. extergit Corporale cum Patena. 3. Fragmenta, ſi quæ fuerint, quantumvis minima in Calicem immittit, 4. ſecreto dicit, Quod ore ſumpſimus Domine &c., & ſe purificat dicens Corpus tuum Domine, &c. aliaque facit de more.

Nota; Si Particulæ non integræ etiam poſt Ablutionem Celebrantis ſuper Corporale deprehendantur, eas ſumere debet Celebrans, ſive ſint magnæ, ſive parvæ, quia ad idem pertinent Sacrificium, Gavant. p. 3. tit. 7. n. 2. apud Bauldr. pag. 155.

AD-

Digitized by Google

ADDITIONES

Ad Missam privatam Neomistarum.

I. IN primis admonendus est novus Sacerdos, ut in hac prima Missa (quæ laudabiliter celebranda erit sine cantu, ne novus Celebrans, ac interessentes Fideles per musicos strepitus distrahantur, devotionem deperdant, domum Dei parvipendant, & conscientia infirmentur) admonendus, inquam, ut in hac prima Missa suam intentionem (in aliis Missis non retractandam) dirigat *consecrandi solam materiam, quæ est per modum continui, minime vero eam, quæ est per modum contigui*, puta fragmenta, quæ sunt apud Hostiam, vel guttæ Vini, quæ non adstant unitæ in cuppa Calicis, sed sparsim hærentes vel intra, vel extra, aut in pede: sicque advertetur pro majori Sacramenti reverentia.

II. Curet, ut præcipue Cœremoniarius Episcopalis, aut ipso absente, alius Sacerdos in sacris ritibus, & cœremoniis Missæ bene versatus, habita intelligentia cum eodem Cœremoniario, illi assistentiam præbeat. Superpelliceo tantum, & non Stola indutus, stans ad Missale, modeste, & prudenter suggerendo, quæ opus fuerint.

III Altare festive parabitur, &, ad minus, sex candelæ accendi poterunt. Paramenta pro Neomysta, sicque Calix sint pulchriora, necnon Missale, quod a Clerico antea super Altare preparari potest, postquam prius idem Celebraturus currentem Missam perlegerit ad morem Divi Thomæ Aquinatis, qui quotidie ante celebrationem eam perlexit.

IV. Sacris vestibus paratus faciet, *ut supra dictum*, profundam inclinationem sacræ Immagini in Sacristia, ac tecto capite, manibusque junctis (nisi per se deferat Calicem) præcedente Ministro, & a lateribus, habens Assistentem Presbyterum Stola indutum, & Cœremoniarium, pergat ad Altare.

V. Dum facit Confessionem, Assistens in infimo gradu

Al-

Digitized by Google

Altaris versus cornu Epistolæ stet genuflexus, ac similiter a verbis = *Qui pridie quam pateretur &c.* usque ad depositionem Calicis inclusive. Item a verbis = *Domine non sum dignus &c.* usque ad sumptionem Sanguinis pariter inclusive.

VI. Si forte administranda sit Communio nonnullis de Adstantibus, fiat, ut moris est, sed Assistens a sinistris Celebrantis continue stabit, tenens patenam subtus mentum Communicantium.

VII. Cætera peragenda erunt, ut a sacris Rubricis perscribuntur; sed post Missæ celebrationem, qui in Sacristia sunt, manum Celebrantis osculentur; Si Sacerdotes adstent ipsi palmas sacro Cathecumenorum oleo perlinitas, & sacratas; Laici vero superiorem partem manus.

VII. Tandem: Ab Ecclesiasticis Legibus cuique Neomystæ vetatur, nec antea, nec post celebrationem Missæ se sistat, aut sedeat in publica Ecclesia ad recipiendas oblationes, *vulgo donativi*, parentum, vel necessariorum &c. quum ipsas licite recipere possit domum reversus: sicuti exprobrandum abusum pergendi e Sacristia ad Altare processionaliter, erecta scilicet Cruce; nam hoc Cardinalibus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac Prælatis pari privilegio gaudentibus solummodo datum est;

DE

Digitized by Google

DE
SACRIFICIO MISSÆ
PARS I.

De loco in quo Missæ Sacrificium faciendum est: tum de Templorum consecratione.

Missæ Sacrificium quo in loco faciendum?

R. IN Templis omnibus ab Episcopo consecratis, vel ab ipso, aut a simplici aliquo Sacerdote, ejusdem jussu, benedictis: atque adeo etiam in privatarum ædium Sacellis ex Summorum Pontificum concessione. Num autem, & quando, extra Templa & privata Sacella Sacrum peragi possit, alio explicandum loco relinquimus.

Cur in Altari, vel saltem in petra sacra, Reliquiæ Sanctorum includuntur?

R. Antiqui Christiani metu Tyrannorum cryptas & cœmeteria quærebant ad sacros conventus agendos, ipsisque Martyrum sepulcris pro altaribus utebantur. Inde moribus receptum & legibus confirmatum, ne quis nisi supra reliquias Sanctorum Missæ Sacrificium celebret.

Qua ex materia constare debet Altare?

R. Lapidea. Quamquam satis esse decretum est, si Lapidem medium habeat ab Episcopo con-

Digitized by Google

secratum, ita latum, ut Hostiæ & Calici super imposito recipiendo sit accommodatus.

Quibus ornare debet Altare?

R. *Linteis* mundis tribus, ab Episcopo, vel a quovis alio hujusmodi facultatem habente benedictis. *Pallio* ad ornandam Aræ faciem coloris, qui Festo quod ibi agitur, respondeat. *Cruce* media inter candelas saltem duas. *Tabellis*. *Pulvino*. *Cereo*. *Campanula*. *Ampullis* vitreis binis, quarum una vinum, aquam altera contineat, *Pelvicula* impositis. *Manutergio*.

Quis & quare Crucem in medio Altari erigendam voluit?

R. Id Apostoli instituerunt, ut Crucis aspectu in memoriam Sacerdos Christi Passionem revocaret, quam Missæ Sacrum ad vivum repræsentat.

Quare Candelarum usus in Missa?

R. Prioribus Ecclesiæ seculis cum sacra Mysteria noctu celebrarentur, duplex erat candelarum usus, nunc unus est, idemque symbolicus, ut per eas lumen cœleste significetur. Ceterum duæ candelæ circa Crucem positæ Christianum & Judaicum Populum præ se ferunt.

De Vasis Sacris, aliisque rebus necessariis.

Qua ex materia constare Calicem oportet?

R. Aureus debet esse Calix, vel saltem argente-

teus, interiore parte inauratus: ſed quod etiam de Patena dictum volo.

Suntne hæc omnia ab Epiſcopo conſecranda?

R. Calix & Patena Epiſcopi conſecrationem requirunt. Reliqua vero ſatis eſt, ſi ab alio quolibet poteſtatem habente benedicantur.

Quid tradis de Corporali?

R. Corporale, quod olim altare magnitudine ſua æquabat, e lino conſtare oportet: Cur autem adhibeatur in Miſſæ Sacro; illud ſcilicet in cauſſa eſt, quod, quemadmodum Calix Chriſti ſepulchrum, ſupra portam revolutum lapidem Patena ſignificat, ita Corporale Syndonem, qua involutum eſt Chriſti cadaver, nobis exhibet.

Quem in uſum Burſa inventa?

R. Burſa, quæ & *Pera* dicitur, & *Capſula Corporalium* in Ordine Romano, Corporale, reverentiæ & munditiæ cauſſa, continet.

De Hoſtia.

Qua magnitudine fuere iis temporibus Hoſtiæ?

R. Cum Sacerdotes Hoſtias conſecratas frangerent, quas Populo diſpertirentur, neceſſe eſt credere, eas noſtris fuiſſe grandiores.

Digitized by Google

Quando igitur ad eam, qua nunc sunt, exiguitatem sunt redactæ.

R. Sæculo XII. Caussam affert Honorius Augustodunensis in Gemma Animæ lib. 1. c. 66. quod nimirum usus præbendi ex illis Populo Eucharistiam absoleverit.

Quænam earum forma?

R. Quadrata apud Græcos, apud nos rotunda. Quæ quidem forma non nuperum inventum est, sed antiquissimum, cum de ea S. Zephyrinus Pontifex, qui III. Seculo vixit, in Decreto quodam suo mentionem faciat.

De Vestibus Sacerdotalibus, & earum Colore.

Quibus Vestibus, dum Sacris operarentur, utebantur Apostoli?

R. Vestes, quibus nunc utuntur Sacerdotes, cum Sacra faciunt, fuere olim Clericis Laicisque communes. Credibile tamen est, Apostolos ob Sacrificii reverentiam nitidiores vestes adhibuisse, quam quibus per urbem ambulantes utebantur.

Poteſtne quis tecto capite Sacra facere?

R. Solus Romanus Pontifex hujusmodi facultatem concedit; qui tamen ita concedit, ut semper jubeat pileolum ex capite detrahi a Præfatione usque ad finem Communionis.

De

Digitized by Google

De Ministro qui Sacerdoti celebranti inservit.

Sacerdos celebrare ne potest sine Ministro?

R. Minime. Imo olim Populus qui Missæ Sacris interesset, hoc officio fungebatur. Postquam vero mos hic in desuetudinem abiit, unus tantum Minister locum tenuit, qui masculus esse debet, non fœmina; atque adeo in pluribus Conciliis, ac præsertim in IV. Mediolanensi, ut Clericus sit talari veste & superpelliceo indutus, requiritur.

Potestne celebrari Missa, nullo adstante, præter Ministrum?

R. B. Petrus Damianus in Opusculo ad Eronem, cui titulus, *Dominus vobiscum*, nullo præsente præter ministrum hæc verba dici posse contendit. Iis enim Ecclesiam salutari affirmat. Suffragatur huic opinioni Cardinalis Bona propugnans eadem ratione Sacerdotem posse in Missa solum dicere *Dominus vobiscum*, *Orate fratres*, *Sursum corda*, qua in recitandis Horis Canonicis dicit *Venite adoremus*, *Venite exultemus*, *Oremus*, *Benedicamus Domino*.

Quare in Missa Latina verba Græca adhibentur?

R. Non solum Græca verba, sed etiam Hebræa, ut *Amen*, *Alleluja*, *Sabaoth*, *Hosanna*, in Missa Latina adhibentur, ut eadem esse Ecclesia, atque olim erat Hebræa, & adhuc est Græca, ostendatur.

Digitized by Google

De Hymno *Gloria in excelsis*.

Quis est auctor hymni Gloria in excelsis?

R. Credibile est, ejus principium ortum ab Angelis, qui Christo Jesu nato cecinerunt, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Reliquas partes quis composuerit, incertum est. Hunc hymnum *Doxologiam* Græci appellant.

Post hunc hymnum Episcopus dicit, Pax vobis: *unde ea formula profecta est?*

R. Ex salutatione Christi, qua usus est post Resurrectionem suam apud Discipulos, ut est apud Joan. cap. 20. Christum enim Episcopus repræsentat.

Cujus munus est in Missis solemnibus Epistolam canere?

R. Id primis temporibus munus Lectoris fuit; Sæculo autem octavo legi a Subdiacono cœpta est. Atque hodie quidem in ipsa Subdiaconi Ordinatione hæc illi expressis verbis potestas traditur.

Quid, si Subdiaconus desit?

R. Potest quivis alius Clericus in Minoribus constitutus Epistolam legere, non tamen Manipulo adhibito.

Cur aliquando dicitur, Initium S. Evangelii, *aliquando* Sequentia?

R. Dicitur *Initium*, si principium legatur ali-

cu-

Digitized by Google

cujus Evangelistæ; *Sequentia* vero, si post principium. Porro ad hæc verba respondetur, *Gloria tibi, Domine*, & in fine, *Laus tibi, Christe*: quæ formulæ prætermittuntur Feria sexta majoris hebdomadæ, quod Christus eo die opprobriis repræsentetur obnoxius.

Quid cornu Epistolæ & Evangelii designatur?

R. Cornu Epistolæ populum Hebræorum repræsentat, qui primi ad Evangelium vocati sunt. Cornu Evangelii Ethnicos homines significat, qui Evangelium a Judæis rejectum acceperunt.

De Evangelio.

Cur Sacerdos recitat orationem Munda cor meum *ante Evangelium?*

R. Ut Evangelio legendo se paret.

Cur Sacerdos ante Evangelium ait Jube, Domine, *Diaconus autem* Jube, Domne.

R. Quia vox *Domini* proprie Deo convenit, *Domni* hominibus, juxta illud:
Cœlestem Dominum, *terrestrem dicite* Domnum.
Porro Sacerdos Deum appellat, Diaconus Sacerdotem.

Cur Evangelii legendi munus a Lectoribus ad Diaconos est translatum?

R. Ut major Evangelio honor habeatur. Græci vero veterem adhuc morem sequuntur.

Digitized by Google

Cur Sacerdos osculatur Evangelium, postquam illud legerit?

R. Propter reverentiam eorum, quæ lecta sunt.

Semperne osculatur?

R. Neque in Missis mortuorum, neque coram Papa, aut Cardinali, aut Sedis Apostolicæ Legatis, quocumque demum in loco sint; aut Patriarchis, aut Archiepiscopis, aut Episcopis in ipsorum Diœcesi, Sacerdos Evangelium osculatur. His enim illud osculandum defertur.

Principibus secularibus poteſtne Evangelium osculandum deferri?

R. Non solum illis, sed & Clero universo, & cuivis e populo olim osculandum Evangelium deferebatur. Sed sub excommunicationis pœna vetuit Honorius III., ne cuipiam amplius deferatur, nisi sacro oleo inunctus fuerit.

Cur in Missa legitur Symbolum?

R. Rationem affert D. Thomas p. 3. q. 83. art. 4. Quia scilicet *in eo populus ostendit, se per fidem Christi doctrinæ assentiri.*

Quando dicitur, & quando omittitur?

R. Habes ex eodem D. Thoma loco citato. *Cantatur autem hoc Symbolum in Festis, de quibus fit aliqua mentio in Symbolo, sicut in Festis*

Chri-

Digitized by Google

Christi, B. Virginis, & Apostolorum, qui hanc Fidem fundaverunt, & aliis hujusmodi.

Cur Sacerdos aquam tantum signo Crucis benedicit?

R. Ideo vino non benedioitur, quia Christum exprimit, qui nulla indiget benedictione. Aquæ vero, quæ populum repræsentat, qui in hac vita non est ab omni peccato liber, maxime necessaria benedictio est. Ceterum olim aquam non benedicebat Sacerdos, sed in Calicem ad modum Crucis eam infundebat.

In aliena diœcesi cujus Episcopi facienda mentio est, Ordinarii, an alieni?

R. Episcopi illius diœcesis mentio facienda est, in qua Sacerdos Missæ sacrum peragit.

Cur alicubi oratur pro Rege, & Imperatore?

R. Ex Apostolica traditione. Monet enim D. Paullus 1. ad Timoth. cap. 2. orationes esse faciendas pro Regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt.

Quotuplex est Missæ fructus?

R. Triplex. Primus est Sacrificio ipsi internus *ex opere operato*, qui semper obtinetur sine imminutione ulla, dummodo nihil obstet. Secundus oritur ex universa Ecclesia, quatenus Sacerdotum ministerio utitur; & quamvis, quoad essentiam

nec

Digitized by Google

nec augeri, nec minui possit, potest tamen augeri, & minui pro majore, vel minore sanctitate eorum, a quibus conflatur Ecclesia. Tertius ex ipso proficiscitur Sacerdote, & *ex opere operantis* vocatur; proindeque ex ipsius meritis aliquid prætii capere potest.

Sacerdos gravi culpa adstrictus detrahitne Sacrificio?

R. Sacerdos gravis culpæ sibi conscius nihil de fructu *ex opere operato* detrahit. Sed miser hic *ex opere operantis* non solum nihil impetrat, verum se magis ac magis reum facit.

Cur Hostiæ & Calici, signo in modum Crucis ducto, ante consecrationem benedicit Sacerdos?

R. Invocat illis benedictionibus Dei omnipotentiam, ut oblata in Corpus & Sanguinem Christi convertat.

Cur hæ benedictiones fiunt signo Crucis adhibito?

R. Ut semper Redemptoris nostri Passio animis nostris obversetur.

Cur tria Crucis signa ducuntur?

R. Ut significetur, maximum hoc Mysterium a sanctissima perfici Trinitate.

Crucis signa super Hostiam & Calicem ducta post consecrationem, suntne benedictiones?

R. Non sane benedictiones sunt, sed commemora-

Digitized by Google

morationes virtutis & efficaciæ Sacramenti, quæ virtus oritur e Sacrificio Crucis, quod in Missæ Sacrificio repræsentatur & continuatur. Adhibetur autem signum Crucis, quoties Corpus & Sanguinem Domini pronunciamus, ut declaretur, Hostiam, & id quod continetur in Calice, idem esse Corpus, quod Cruci fuit affixum, & ipsum Sanguinem, qui in Cruce effusus est.

Quare quinque signa ducuntur?

R. Quod quinque fuerint Christi vulnera, ut D. Thomas, eumque secuti Theologi alii affirmant.

Cur Christus dicitur Sacerdos non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech?

R. Aaronis Sacrificia cruenta fuere, Melchisedechi incruenta: Aaronis Sacerdotium ad plures sibi invicem succedentes delatum fuit; Melchisedecho nemo successit. Cum igitur & Sacrificium & Sacerdotium Christi simile potius fuerit Sacrificio & Sacerdotio Melchisedechi, jure dicitur Christum non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech Sacerdotem fuisse.

Pro quibus defunctis orat Sacerdos?

R. Primum pro iis, pro quibus specialem agere memoriam debet; deinde pro iis omnibus, qui in Purgatorio detinentur ad expiationem; quod significat per verba illa, *omnibus in Christo quie-*

scen-

Digitized by Google

scentibus. Postulat autem iis *locum refrigerii*, ut scilicet igne, quo cremantur, liberentur; *locum lucis*, ut e tenebris eruantur, in quibus versantur; *locum pacis*, ut ab anxietate illa, qua conflictantur, tandem respirent.

Poteſtne quis in abluendo calice aqua ſola uti?

R. Vetat sacra Tridentina Synodus, quæ novos ritus in Missæ celebratione proscribit; eosque tantum adhiberi vult, qui ab Ecclesia usurpati probatique sint.

Quando in Miſſa dicitur, Ite Missa est?

R. Juxta eam, quæ nunc invaluit, disciplinam, quoties in Missa dicitur, *Gloria in excelſis*, toties dicitur, *Ite*, *Miſſa eſt*. Cum autem hymnus ille omittitur, dicitur, *Benedicamus Domino*, ut invitetur populus ad gratias de expleto Missæ Sacrificio Deo agendas. Græci hanc adhibent formulam, *in pace Chriſti eamus*; populus autem respondet, *In nomine Domini*.

Senſus iſtorum verborum quinam eſt?

R. Formula, *Ite Miſſa eſt*, habet hunc sensum, Vobis ire licet. Hæc est Missa, seu dimissio.

Cur in Miſſis Defunctorum dicitur,
Requiescant in pace?

R. *Dicitur*, inquit Belletus cap. 49. *in Miſſa pro Defunctis*, *Requieſcant in pace*, *quod ex ſola gene-*

Digitized by Google

generali consuetudine natum est; vel quia tota Missa pro Defunctis in eo est, ut ipsis a Deo quietem impetret; vel quia post Missam non erat dimittendus populus, qui remanebat ad cadaveris sepulturam aliasque preces pro animabus Defunctorum.

Cur in Missis Defunctorum populo non benedicitur?

R. Olim in Missa quoque Defunctorum populo benedicebatur; sed nunc, juxta eam, quæ invaluit, disciplinam, omittuntur omnia, quæ lætitiam præ se aliquam ferre videntur.

PARS II.

Quibus diebus tenetur Missam peragere quilibet Sacerdos?

R. QUidam Canonistæ existimarunt, quemlibet Sacerdotem, etiamsi nec animarum curæ præsit, nec quoquam alio nomine ad Sacrum faciendum cogatur, quotidie facere debere, gravique peccato se obstringere, quoties id negligit. Nimis dura hæc sententia visa est S. Antonino in P. 3. it. 13. c. 6. paragr. 12. D. Thomas ait, Sacerdotem, ceteroquin liberum, teneri ad Sacrum Missæ peragendum diebus illis saltem, quibus Fideles ceteri Sacramentum Eucharistiæ solent percipere; hoc est Dominicis, & solemnibus Festis: quod consonat cum S. Tridentina Synodo sess. 23. de Reform. c. 14. *Curet Episco-*

Digitized by Google

scopus, *ut* (Sacerdotes) *saltem diebus Dominicis*, *& Festis solemnibus*, *si autem curam habuerint animarum*, *tam frequenter*, *ut muneri suo satisfaciant*, *Missas celebrent*.

Si per annum sine caussa non sacrificet, *graviterne peccat?*

R. Ita. Imo ne absolvi quidem potest, si nunquam sacrificare per annum in animo habeat, quod sæpe in peccatum soleat incidere. Tenetur enim a peccatis abstinere.

Si necessitas urgeat, *licetne extra templa*, *& oratoria sacrificare?*

R. Etiam extra templa & oratoria Missæ sacrum fieri potest, modo locus, in quo fieri debet, mundus sit. Sacerdotibus in exercitu Sacramenta administrantibus licet sacrificare in castris: navigantibus, in litore; per Infidelium regiones iter facientibus, in quovis honesto loco, semper tamen supra petra consecrata.

Quid est Missa Sicca?

R. Sacerdos sacris omnibus vestibus indutus Missam, quæ *sicca* dicitur, legit usque ad *Offertorium*; recitat *Præfationem*, omittit *Canonem*, dicit *Orationem* D*ominicam*, præterit *Secretas* omnes, nihil denique dicit eorum, facitve, quæ fiunt, dicunturve super Hostiam, & Calicem, quorum neutrum debet esse super altare.

Qui

Digitized by Google

Qui sacrificat in templo polluto, peccatne?

R. Maxime. Facit enim contra Ecclesiæ legem in re gravi. Si tamen Episcopus permittat, sacrificari sine peccato potest, auctore Sylvio P. 3. q. 85. a. 3.

Sacerdos hic incurritne in Censuram aliquam, aut Irregularitatem?

R. In nullam Censuram incurrit. Sed neque Irregularis fit, quemadmodum traditur in cap. *is qui*, de sent. excom. in 6. Etsi ceteroquin irregularis a Bonifacio VIII. declaretur, qui in loco interdicto sacrificet.

Quot modis polluitur templum?

R. Quinque modis templum polluitur. I. Si in eo homicidium voluntarium perpetretur, cap. *proposuisti*, de consecr. Eccl. II. Si in eo magna vis sanguinis effundatur, can. *ecclesiis*. de consecr. dist. 1. & cap. *si Ecclesia*. de consecr. Eccles. III. Si in eo sponte emittatur semen humanum, ut in allatis locis; *sive effusio sit secundum naturam, sive contra, sive per copulam alias licitam, sive per illicitam*, juxta communem sententiam. IV. Si excommunicatis vitandus in eo sepeliatur, cap. *consuluisti*. de confecrat. Eccles. V. Si in eo itidem sepeliatur Ethnicus, vel Infidelis, can. *Ecclesiam*. de consecr. dist. 1.

De

De Missæ tempore, de Applicatione, de Eleemosyna.

Qua hora Missa celebranda est?

R. Missæ sacrum fieri debet ab aurora ad meridiem, ut præscribit Rubrica Missalis. Excipitur tamen Natalis J. C. pervigilium, in quo statim post Mediam noctem Missa juxta Ecclesiæ consuetudinem fieri consuevit. S. Pius V. edita Bulla 4. tom. 2. Bullarii, antiqua omnia sustulit privilegia, quorum vi quidam ante mediam noctem in eodem pervigilio sacrum Missæ peragebant. Sed æquitate quadam, juxta consuetudinem, quæ etiam Romæ viget, ut horæ triente ante auroram, & post meridiem peragi possit, tolerari solet. S. Congregatio Concilii, Clementis XII. jussu, Prospero Card. Lambertino, inde Benedicto XIV. epistolam scripsit, in qua improbavit pravam consuetudinem multas Missas ante auroram, multasque itidem post meridiem celebrandi solemni aliquo Festo occurrente.

Missæ fructus quotuplex?

R. Triplex. Primus, cujus Fideles omnes in genere fiunt participes, diciturque *generalissimus*. Secundus, quo singulari quodam modo fruitur Sacerdos, & vocatur *specialissimus*. Tertius, qui dicitur *medius*, quemque iis Sacerdos applicat, pro quibus sacrificium offert.

PARS

Digitized by Google

Qui curam animarum habet, teneturne offerre sacrificium pro populo festis diebus?

R. S. Congregatio, cujus sententia pro lege esse debet, statuit, ut qui curam animarum habet, teneatur sacrificium offerre pro populo omnibus diebus Dominicis & Festis ex præcepto, sive Parochus secularis sit, sive regularis, sive etiam ad tempus Parochum agat, & vicariam operam, Ecclesia vacante, præstet, sive congruam ex Sacerdotio sustentationem habeat, sive non habeat; illudque dumtaxat concedit Parocho, qui pauper sit, ut etiam die festo sacrificium offerre possit pro eo, qui sibi stipendium dederit, dummodo offerat in Parochia, ne populus Missa careat, & alio hebdomadæ die pro populo offerat, loco ejus, quod offerre debuerat festo illo die, quo stipendium accepit.

In Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis Missa Conventualis *pro quo offerenda?*

R. Hujusmodi Missa non pro quoquam singulari benefactore offerenda est, sed pro Benefactoribus in universum. Et qui secus facit, obligationi non satisfacit. Quod si Ecclesiæ hujusmodi animarum curam habeant, duplex omnibus Dominicis Festisque diebus ex præcepto Missa in illis est celebranda, quarum altera, *Conventualis* scilicet, pro Benefactoribus, altera pro populo offera-

feratur: nec ulla contraria consuetudo ab hoc onere excusat.

Suntne aliquae Ecclesiae ab hoc onere immunes?

R. Liberantur onere offerendi Missam *Conventualem* eae Ecclesiae, quibus, licet in iis divina officia quotidie peragantur, & Missa cantu celebretur, tamen ad Collegiatam constituendam aliquid deest. Quarum autem Cathedralium, vel Collegiatarum tenues opes sunt, eae possunt impetrare facultatem non applicandi pro Benefactoribus Missam *Conventualem* diebus non festis: nunquam tamen obligatio tolli potest applicandi diebus festis. Plura extant in hanc sententiam S. Congregationis decreta. Extant vero etiam luculentissimae Benedicti XIV. ad Episcopos Literae, scriptae XIV. Cal. Sept. anno 1744. quibus decernit, ut Parochi quicunque sive saeculares, sive regulares. & Vicarii etiam, sive perpetui, sive ad tempus, aliique, quibus aut occasione Sedis vacantis, aut alio quovis titulo cura animarum commissa est, etiamsi congrui redditus non suppetant, teneantur singulis Dominicis, & diebus festis sacrificium populo applicare. Ceterum iis, qui ita tenues redditus habent, ut ex eleemosynis Missarum vivere cogantur, concedit, ut sacrificium die festo offerre possint pro eo, qui eleemosynam largitus fuerit, dummodo alio hebdomadae die pro populo sacrificent. Decernit item rata esse debere pro Cathedralibus, & Collegiatis

Ec.

Digitized by Google

Ecclesiis decreta S. Congregationis, ut videlicet quotidie Missa *Conventualis* Benefactoribus universim applicetur; ita tamen, ut si earum reditus valde tenues sint, facultatem a S. Congregatione impetrare possint obligationis contrahendæ ad dies festos.

Si Institutor alicui Sacerdoti onus imposuerit sacrificandi, non offerendi, quid censendum est?

R. Licet id diserte Institutor alicujus Sacerdotii non expresserit, tamen æquitati consentaneum est censere, ei, qui sacrificare debet, offerendi etiam onus esse pro Institutore injunctum. Ita pluries sancivit S. Congregatio. Verum si forte certum Missarum numerum disertis verbis offerri pro se Institutor jusserit, tunc ex verbis ipsis institutionis facile est intelligere, liberam esse reliquarum Missarum applicationem.

Quid si Institutor injunxerit tantum, ut Sacerdos oret *pro anima sua?*

R. Dubitationem omnem sustulit S. Congregatio, quæ, dum illi Benedictus XIV. P. M. a secretis esset, ad offerendum teneri Sacerdotem respondit in Caussa Ventimiliensi V. Cal. Maj. an. 1700.

Quid si Institutor alii Sacerdoti offerendi onus addiderit, alii tantum orandi?

R. S. Congregatio Concilii in caussa Ferrariensi

Digitized by Google

III. Id. Jun. anni 1700. respondit, Institutorem, ubi jusserit pro se orari, non imposuisse onus sacrificium offerendi, sed voluisse tantum, ut Sacerdos in oratione *Memento* sui mentionem faceret. Ita enim colligitur ex diverso modo loquendi, quo Institutor usus est.

Si Sacerdos jussus a Superiore Missam offerre pro certa persona, offerat pro altera, cuinam prodest sacrificium?

R. Censemus, sacrificium ei prodesse, pro quo revera Sacerdos offert. Non enim Sacerdos sacrificii dumtaxat minister est, sed etiam dispensator vi suæ ordinationis; & quemadmodum in conficiendo Sacramento ab auctoritate non pendet Superioris, ita potest sacrificium offerre pro quo ipse voluerit. Quare docent Auctores, Deum ad voluntatem respicere, quam Sacerdos habuit, non quam habere debuit ex præcepto Superioris. Ceterum Sacerdos hic obedientiæ præceptum violat.

Quid servandum est in accipienda eleemosyna?

R. Sex regulæ sunt absque ulla hæsitatione servandæ a Sacerdote, qui pro offerendo sacrificio stipendium accipit. I. Etsi eleemosynam acceperit minorem, quam fert Diœceseos consuetudo, tenetur sacrificium offerre pro eo, qui stipendium dederit. II. Si a pluribus plures exiguas eleemosynas acceperit, ut sacrificium offerat, toties offerre debet, quot juxta suæ Diœceseos consuetudinem

dinem eleemosynas illarum pecuniarum summa constituit. III. Si eleemosynam solito majorem acceperit, nec ipse offerre queat, debet, quanta fuerit, eleemosynam illi tradere qui offert, etiamsi ille minorem, quam tu acceperis, volens accipiat. IV. Etsi fructus *medius* sacrificii, quem Sacerdos potest, cui velit, applicare, *satisfactorius* sit & *impetratorius*, non licet duplicem eleemosynam accipere, alteram, ut applicetur fructus *satisfactorius*, puta alicui defuncto, alteram, ut applicetur fructus *impetratorius*, e. g. alicui ægroto. V. Non potest Sacerdos accipere eleemosynam, ut alicui applicet fructum *specialissimum*, qui sibi, ut sacrificanti, debetur. VI. Sacerdos, qui tenetur quoquo modo certis diebus offerre Missam, non potest ab aliis stipendium accipere pro offerenda Missa iisdem diebus.

Qui habet onus tantum sacrificandi, poteſtne accipere ſtipendium pro Miſſa offerenda?

R. Hanc rem pertractavit Benedictus XIV. P. M. in Edicto 15. tom. 3. Ceterum pluries declaravit S. Congregatio posse Sacerdotem, qui onus tantum sacrum faciendi habeat, aliam pro offerendo sacrificium eleemosynam accipere.

Poteſtne offerri Miſſa alio tempore, quam quo qui ſtipendium dederit, voluerit?

R. Non potest. Imo qui ita fecerit, tenetur stipendium restituere: præsertim si præterierit tem-

tempus illud, eaque caussa cessaverit, propter quam eleemosyna ad sacrificandum data fuerit.

Potestne offerri Missa pro eo, qui primus quandocumque stipendium dederit?

R. Hæc quæstio quondam inter Doctores in utramque sententiam, ut fieri solet, abeuntes diu agitata, tandem a S. Congregatione soluta est. Pronunciavit enim, non licere; quod decretum approbavit Clemens VIII. atque edidit Paulus V. ut nullus jam sit dubitandi locus. Rationem reddit Sylvius tom. 5. quod nescio quid sordidum in ea re appareat, & nonnihil suboleat avaritiæ, quam in hac re tantopere detestatur Ecclesia.

Sacerdos, qui tenetur bis, vel ter in hebdomada sacrificare, potestne sacrificium prævertere?

R. Sylvius loco cit. non negat, eum posse. Quis enim gratior esse potest debitor, quam qui argentum prævertit solvere? Quamquam hoc ita intelligendum est, ut, si appareret, Institutorem alicui Sacerdoti ideo hæc sacrificia in hebdomadas distribuisse, ut quædam altaria Missa non carerent, vel ne cui Vico, aut Pago certis quibusdam diebus Missa deesset, aut aliqua alia de caussa, Sacerdos ab Institutoris voluntate recedere non possit.

Qui

Digitized by Google

Qui habet onus offerendi sacrificii pro aliquo, teneturne die Natali Christi ter illud offerre?

F. Nisi Institutor diserte id jusserit, non tenetur.

Qui quotidie pro Institutore offerre tenetur, etiamne die Commemorationis omnium Defunctorum pro ipso offerre debet?

R. Aversa q. 11. de Euch. sect. 18. putat, eo die cessare onus sacrificandi quotidie, ideoque Sacerdoti licere Missam eo die offerre vel pro omnibus defunctis, quod esset optimum, vel pro privato aliquo defuncto. At Pasqualigus q. 1134. contendit, eo die quotidiani sacrificii onus non cessare; addit tamen, licere Sacerdoti Missam vel pro aliquo defuncto, vel pro defunctis omnibus offerre. Præsumendum enim, voluisse Institutorem eo die Sacerdoti Missam pro se offerendam remittere.

Parochus die Natali Christi teneturne ter Missæ sacrum facere?

R. Firmior vobis videtur eorum sententia, qui statuunt, ut populi utilitati inserviat, illum teneri. Ceterum utrum Parochus die Natali Christi tres Missas pro populo offerre debeat, an muneri suo satisfaciat, etiamsi unam tantum applicet; utrum item in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, quibus impositum est onus offerendi

Digitized by Google

Missam pro Benefactoribus in universum, etiam plures illas Canonici teneantur offerre, quas facere jubentur certis quibusdam diebus ex lege Rubricæ, incertum adhuc est.

CAPUT IV.

De Sacrificio valido & licito.

Quid primo requiritur, ut sacrificium sit validum?

R. REquiritur primo loco, ut Sacerdos, qui illud offert, rite, legitime, & valide sit ordinatus.

Si quis Canonico defectu impeditus ad Ordines suscipiendos accedat, estne valide consecràtus?

R. Valida utique ejus ordinatio est. Si tamen Episcopus ante ordinationem edixerit, sibi non esse intentionem ordinandi eum, qui cum hujusmodi impedimento accedat, tunc, modo intentionem inter ordinandum non revocet, invalida est ordinatio ejus, qui Canonico impedimento laborat. Atque ita censuit S. Congregatio, tum quæ habita est X. Cal. Febr. 1586. cujus decretum exstat apud Fagnanum ad cap. *tuæ literæ*, n. 15. de Cler. per salt. prom. tum quæ habita est Idibus Febr. 1682. in caussa Carchien. ordinationis. Quod si vel clara defuit probatio contrariæ intentionis in Ordinante, vel dubitari potuit, num aliquo modo fuerit revocata, S. Congre-

Digitized by Google

gregatio censuit, iterandos esse Ordines *sub conditione*.

Quotuplex est intentio?

R. Vulgo triplex est apud Theologos intentio. *Habitualis*, quæ non influit in actum, ut cum quis ebrius, aut incogitans id agit, quod agere consuevit. *Actualis*, quæ est præsens quædam applicatio animi & attentio ad id, quod fit, & fieri vult. *Virtualis*, quæ est continuatio quædam *actualis*, nunquam est intermissa per contrariam intentionem.

Quænam intentio est optima in Ordinatione?

R. Communis Theologorum sententia est, omnium optimam in Sacramentis, ideoque in Ordinatione *actualem* intentionem esse, *virtualem* sufficere, *habitualem* vero non item. D. Thomas P. 3. q. 64. a. 8. ad 3. ait, intentionem *habitualem* sufficere ad perficiendum Sacramentum: sed sciendum est, ea ætate apud Teologos nullum fuisse discrimen inter *habitualem* & *virtualem*: proindeque cum *habitualem* dicebant, eam intelligebant, quam nos *virtualem* dicimus. Ceterum sive *actualis* intentio sit, sive *virtualis*, debet esse intentio faciendi quod facit Ecclesia, juxta id, quod definivit S. Tridentina Synodus sess. 7. can. 11. de Sacr. in gen.

Digitized by Google

Sufficitne intentio tantum externa?

R. Non sufficit; quamquam sint, qui sufficere defendant.

Quaenam intentio debet esse in Ordinando?

R. Eadem, quae in Ordinante, scilicet *actualis*, aut saltem *virtualis*, nec externa tantum, sed etiam interna. Porro etiam qui Missae sacrum facit, habere debet intentionem hujusmodi. Nam quemadmodum qui Ordines suscipiat absque hac intentione invalide suscipit; sic qui sine hac sacrificat, invalide sacrificat.

Qui metus caussa Ordinem suscipit, validene suscipit?

R. Qui cujuspiam gravis mali metu ad suscipiendum Ordinem adducitur, valide illum suscipit, si eligat Ordinem potius suscipere, quam malum sibi intentatum subire. In eo enim voluntas est suscipiendi, saltem illa, quam vocant *conditionatam*; quod satis est, ut valide Ordo susceptus fuerit. Non suscipit tamen, si metu non obstante, obfirmato animo neget, se velle Ordinem suscipere; & vi adactus, corpore pareat, mente resistat. Nec ille suscipit, qui indifferens est, ex opinione in praxi recepta, hoc est qui nec suscipiendi, nec non suscipiendi intentionem habet.

Quid

Digitized by Google

Quid secundo requiritur, ut validum sit sacrificium?

R. *Materia* & *Forma* secundo requiritur, ut valide sacrificium fiat.

Quaenam est apta materia?

Panis triticeus, & *vinum de vite*, ut habet decretum Eugenii IV.

Panis ex tritico, cui hordeum, aut fruges aliae immixtae sint, estne apta materia?

R. D. Thomas P. 3. q. 74. a. 3. ad 3. docet, si multo major sit quantitas tritici, materiam aptam esse; secus, si minor sit, aut æqualis, aut quasi æqualis.

Quod vinum in Missa est adhibendum?

R. Optimum. Indecorum enim est, in Missa deterius adhiberi vinum, quam quod in profanis mensis adhibetur. Ceterum docet D. Thomas, aptam non esse Sacrificii materiam vinum, cui tanta aquæ quantitas permixta fuerit, quæ vini naturam corrumpat, speciemque solvat. Itaque periculo ut occurratur, quædam Ecclesiæ parvo cochleari aquam in calicem immittunt.

Quid si aut aqua, aut alius liquor in calicem consecratum infundatur?

R. Quidam existimant, cessare Sacramentum, si tan-

si tanta vis aquæ vino consecrato immittatur, ut substantia vini sit immutata; secus, si vino consecrato addatur aliud vinum, sive majore, sive minore mensura, sive generosius, sive eque generosum. D. Thomas P. 3. q. 83. a. 6. ad 4. generalem statuit regulam hujusmodi. *Nullo modo debet aqua vino jam consecrato misceri, quia sequeretur corruptio Sacramenti pro aliqua parte*. Innocentius III. in cap. *cum Marthæ*. paragr. *quæsivisti*, de celebr. Miss. ait, si vinum non consecratum vino jam consecrato infundatur, illud non commisceri Sanguini, nec in Sanguinem converti, sed speciebus prioris vini conjungi. Angelicus autem Doctor putat, Innocentium locutum fuisse de paucitate vini, aut aquæ, quæ non possit in omnes partes diffundi. Si enim diffundatur, statuit, Sacramentum remanere non posse. Utrumque sit, Græci post consecrationem vini aquam calidam, immittunt; & allatis in Concilio Florentino ab ipsis rationibus Eugenius IV. acquievit. Nostri etiam, cum populo sub specie vini præbebatur Eucharistia, vinum non consecratum identidem, ut poscebat numerus eorum, qui essent communicandi, in calicem *ministerialem* infundebant, nec ullus unquam veritus est, ne Fideles Christi Sanguinem non susciperent.

Quænam est forma?

R. Forma consecrandi panis est, *Hoc est corpus meum;* vini, *Hic est Calix Sanguinis mei*.

Estne

Digitized by Google

Estne necessaria utriusque speciei consecratio, ut verum sit Sacrificium?

R. Necessaria est divino jure & præcepto, a cujus observatione liberare nemo potest. Christus enim Corpus suum & Sanguinem æterno Patri obtulit sub speciebus panis & vini, & sub iisdem utrumque exhibuit Apostolis, quos tunc novi Testamenti Sacerdotes creabat, iisque & eorum Successoribus imperavit, ut utrumque offerrent: *Hoc facite in meam commemorationem*.

Siquis alterutram speciem dumtaxat consecraret, conficeretne Sacramentum, & Sacrificium?

R. Utique Sacramentum conficere, qui panem tantum, aut vinum dumtaxat consecraret. Forma enim consecrandi panis neque quoad significatum, neque quoad efficaciam, pendet a forma consecrandi vini; ideoque Hostia, antequam vinum consecretur, populo adoranda exhibetur. Sed magno se peccato obstringeret, qui hoc faceret. Non conficeret tamen Sacrificium, prout *Missa est tale Sacrificium a Christo Domino institutum*, idest repræsentat mactationem victimæ, & separationem Sanguinis a Corpore, quæ fit gladio mystico, videlicet consecratione utriusque speciei.

Sacerdos gravi peccato obstrictus valide ne consecrat?

R. Sacerdos valide consecrat, etiamsi lethalis cri-

criminis reus sit, excommunicatus, vel hæreticus, vel schismaticus, aut etiam gradu dejectus, quod definivit Concilium Constantiense sess. 8. c. 15. Rationem reddit D. Thomas P. 3. q. 82. a. 5. Sacerdos enim non propria virtute Sacramentum conficit, sed tanquam Christi minister, ex cujus persona consecrat. Non desinit autem servus esse Christi, etsi malus sit. Idem docet de Sacerdotibus schismaticis, excommunicatis, hæreticis, & suspensis, art. 8. Idem etiam probat de gradu dejectis. Potestas enim consecrandi pendet a charactere, qui deleri non potest.

Qui scelere contaminatus consecrat, quoties peccat?

R. Peccare, & quidem gravissime, Sacerdotem scelere constrictum, nemo est qui non fateatur. Utrum vero semel, an pluries peccet, in quæstione est. Sotus & alii contendunt, pluries miserum hunc Sacerdotem peccare, & quod indigne consecrat, & quod indigne manducat.

Satisne est, si Sacerdos gravis peccati sibi conscius Contritionis *actum eliciat, antequam sacrificet?*

R. S. Tridentina Synodus sess. 13. c. 7. de Euchar. vetat, ne quis lethalis culpæ reus, nisi Sacramento Pœnitentiæ expiatus, sacrificet; at, si gravis necessitas urgeat, nec confiteri peccata sua possit, permittit, ut, actu *Contritionis* elicito, ad sacrificandum accedat. Præscribit tamen, non jam consilii loco, ut nonnulli somniarunt,

sed

Digitized by Google

ſed præcepti, ut Sacerdos, qui ita celebraverit, quamprimum confiteatur.

Idemne licet etiam Laicis?

R. Nunquam Laicis licet, confeſſione non præmiſſa, ſi forte lethalis peccati rei ſint, ad Euchariſtiæ Sacramentum accedere.

Quando revera poteſt Sacerdos ad ſacrificandum accedere, ſolo Contritionis *actu ante Sacrificium elicito?*

R. Si Sacerdos Sacrificio abſtinens aut ceteris offenſioni eſſet, aut infamiam incurreret; ſi populus die feſto Miſſa careret; ſi Hoſtia conſecranda eſſet, ut Viaticum ad ægrotum morti proximum deferri poſſet, licet illi, ſolo *Contritionis* actu elicito, ad ſacrificandum accedere. *Contritionis*, inquam: nam *Attritio* ſatis non eſt.

Præceptum Confeſſionis præmittendæ eſtne Eccleſiaſticum, an divinum?

R. Divinum; de quo loquitur Apoſtolus. *Probet autem ſe ipſum homo.*

Regulares poſſuntne confiteri peccata ſua Sacerdoti, qui ejuſdem Ordinis non ſit, ſi extra Clauſtra fuerint?

R. Ea eſt inter Regulares lex, ut Superioribus ſuis peccata confiteri teneantur, aut alicui, qui ejuſ-

Digitized by Google

ejusdem sit Instituti, modo a Saperiore fuerit approbatus. Sed plures Ordines privilegio donati fuerunt, ut si cum venia Superioris a Cœnobio absint, nec ullius ex suis Confessarii sit copia, possint peccata confiteri Sacerdoti cuilibet hac facultate prædito. Soli Cappuccini hoc privilegio carebant, & Constitutione quadam Capituli Generalis impediebantur. At ubi primum Benedictus XIV. P. M. ad summam Apostolatus dignitatem evectus est, quippe qui sciret, quantis in angustiis interdum hac de caussa versarentur, de illis cogitare cœpit. Quare anno 1742. Literis sub forma Brevis III. Cal. Apr. cuilibet eorum, sive Sacerdoti, sive Converso, facultatem concessit confitendi peccata, & absolutionem accipiendi a quocunque Sacerdote, qui vel secularis a suo Ordinario, vel regularis a suo Superiore ad confessiones audiendas sit approbatus, dum bona cum venia extra Claustra morantur, & in locis, ubi non alius quisquam ex eorum Ordine reperiatur. Quam facultatem etiam ad Casus extendit juxta Constitutionem Ordinis reservatos, & ad Censuras, in quas inciderint; addito tamen onere, ubi primum potuerint, coram Superiore se sistendi, & novam ab illis Casibus & Censuris absolutionem impetrandi: Non quod hoc necesse sit, sed quod Religiosis perfectionem profitentibus onus illud imponi posse putaverit.

Si

Si Sacerdos, cœpta jam Missa, se peccati reum esse, vel non jejunium, vel censura aliqua irretitum animadverterit, quid agere debet?

R. S. Thomas P. 3. q. 83. art. 6. ad 2. docet, si Sacerdoti in memoriam hæc veniant ante consecrationem, recedendum illi esse ab altari, modo tamen absit metus scandali. Si hoc illi contingat post consecrationem, omnino eum debere sacrificium perficere, actu *Contritionis* elicito. Quod si, dum sacra facit, peccatum illi in mentem veniat, quod ita cordi hæreat, ut ejus pœnitere non possit, debere illum sacrificium abrumpere, docet Sotus in 4. Sent. dist. 3. q. 2. art. 6. etiamsi scandalum oriri possit.

Quid si Sacerdos Missam peragat in remoto aliquo loco, ubi nullus adsit, nisi minister?

R. Pontas in Dictionario Casuum Conscientiæ, verbo *Missa*, Cas. 22. ait, ideo Sacrificium intermittere Sacerdotem non posse, ne minister scandalum patiatur. Sed Clerus Patavinus in Decis. anni 1707. quæst. 2. mensis Maji contrariam tuetur sententiam, præsertim si minister puer sit, vel Sacerdotis servus, aut amicus.

Si Sacerdos sciens & prudens peccaverit, quamvis culpa liberatus, potestne die proximo sacrificare?

R. Clemens VIII. in Instructione super aliqui-

Digitized by Google

bus Græcorum Ritibus, quæ incipit, *Presbyteri Græci*, ita ait: *Presbyter Græcus coujugatus ante sacrum sacrificium, seu sanctam Missam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abstineat ab uxore.* Ex quo colligitur, si non licet Sacerdoti Græco sacrificare, qui proxima nocte cum uxore concubuerit, multo minus licere aliis Sacerdotibus, nisi gravis necessitas urgeat, sacrum peragere, si præcedenti nocte peccatum aliquod carnis commiserint etiamsi liberati per *Confessionem* a culpa fuerint. Rationem reddit D. Thomas P. 3. q. 80. art. 7. quod per *Contritionem* & *Confessionem* culpa quidem deleatur, non tamen corporis immundities aboleatur. Ad alia peccata quod attinet, docet idem D. Thomas in 4. sent. dist. 9. q. 1. ar. 4. hujusmodi Sacerdotem, nisi magna necessitas urgeat, debere *per aliquod tempus* a sacrificio abstinere. Caveant vero hujusmodi Sacerdotes, ne sacrificent iis videntibus, qui ejus peccati sint conscii. Sotus enim in 4. sent. dist. 12. q. 1. ar. 7. eos graviter fortasse peccare, docet.

Si cui præter voluntatem, & citra peccatum pollutio contigerit, quid agendum illi est?

R. Si quod turpe phantasma adhuc illi animo obversetur, si mentem hujusmodi cogitatio distrahat, si nulla ad sacra facienda eum necessitas cogat, decet illum Eucharistia abstinere. Sylvius P. 3. q. 80. ar. 8. In speculo Monachorum, Ar-

nal-

nalpho Monacho auctore, inter Opera D. Bernardi nuperrime editionis tom. 2. pag. 818. severiora hæc traducuntur a Sacerdote ad ministrum; *Si per noctem illusio tibi acciderit, ne contristeris, sed in crastinum confiteri, & aliquo te invitante, ut Missæ inservias, caute coram omnibus te excusa.*

Quid si Dæmonis opera pollutio contingat?

R. Abulensis in c. 5. Matth. q. 226. & ante Abulensem Abbas Theonas apud Cassianum, ait, Diabolum interdum, ut pium hominem a sumenda Eucharistia, vel a Missa retrahat facienda, per simplicem vasorum seminalium motum, quin ullam excitet tentationem, pollutionem illi prolicere. Non tamen idcirco omittenda Communio est, aut Missa, ut docet D. Thomas loco cit. ar. 7. quocum sentit Card. Turrecremata in Can. *Testamentum* dist. 6.

Sacerdos debetne esse jejunus, ut licite sacrificet?

R. Etsi Apostoli jejuni non essent, cum Eucharistiam acceperunt, tamen in honorem & cultum tanti Sacramenti ab Apostolicis usque temporibus statutum fuit, ut nemo, nisi jejunus, ad sacrificandum accederet.

A qua hora debet esse jejunus?

R. A media nocte. Observatione dignum est, quod

Digitized by Google

quod ineunte sæculo undecimo, cum nondum per horologia nocturnæ horæ indicarentur, statuit Synodus Salegunstadiensis, ne quisquam, qui bibisset post galli cantum, sacrificaret, tum æstate, tum hyeme, etiamsi hiberno tempore galli cantus mediam noctem non recte indicet.

Quid si Sacerdos jejunus non dormierit?

R. Potest Sacerdos sacrificium facere, licet, cibo ante mediam noctem sumto, non dormierit, nec cibum concoxerit, dummodo inde non exstiterit aliqua mentis perturbatio. Nam si mens turbata sit, abstinere sacrificio debet, juxta D. Thomæ doctrinam P. 3. qu. 80. ar. 8. ad 5.

Daturne parvitas materiæ in hoc naturali jejunio?

R. Pasqualigus in Praxi jejunii decis. 440. & Gilbertus Consult. Canonic. de Sacram. Consult. 14. de Euchar. locum esse putant parvitati materiæ in hoc naturali jejunio, ita ut nonnisi leviter peccet, qui post mediam noctem sciens & prudens pauxillulum comederit, & postero die ad Sacramentum suscipiendum accedat, aut sacrificet. Sed præterquam quod singularis hæc sententia explosa ab omnibus est, aliter omnino præscribente Missalis Rubrica, tum in Can. *Nihil*. 7. qu. 1. excommunicationis pœna irrogatur illis, qui aliter fecerint. Porro cum hujusmodi pœna non nisi peccato gravi infligatur, dicendum est, eum graviter peccare, qui post pauxillulum cibi, aut potus sumtum Eucharistiam suscipiat.

Qui

Digitized by Google

Qui die Natali Christi post primam Missam imprudens os vino abluerit, poteftne alteram & tertiam peragere?

R. Fuere qui ita crederent, doctrina D. Thomæ innixi de non intermittenda Missa, si Sacerdoti post consecrationem in mentem venerit, se non esse jejunum. Sed D. Thomas, Missam non esse abrumpendam, non aliam inchoandam docet. Nec vero ullum scandalum oritur, si notum fiat, Sacerdotem a duabus reliquis Missis abstinere, quod imprudens os vino abluerit.

Si cibi reliquiæ dentibus, aut gutturi hærentes post mediam noctem deglutiantur, rumpuntne jejunium?

R. Rubrica Missalis docet, reliquias, quæ dentibus, aut gutturi adhæserint, si imprudenter deglutiantur post mediam noctem, jejunium non rumpere, quia tunc non cibi, sed salivæ rationem habent. Qui vero sciens ac prudens hujusmodi reliquias deglutiret, jejunium solveret, ut Cardinali de Lugo videtur, de Sacr. Euch. disp. 15. sect. 2. n. 36. quod alii negant, cum illud cœnæ potius complementum dicendum sit, quam nova comestio. Idem dicito, sicui mane, dum sibi os lavat, per imprudentiam gutta aliqua aquæ in stomachum prolabatur. Quod nititur doctrina S. Thomæ P. 3. q. 80. ar. 8. ad 4. S. Antoninus P. 3. tit. 3. c. 7. paragr. 8. docet, eum jejunium non frangere, qui lingua aliquid

Digitized by Google

deguſtet, ut ſaporem probet, nec deglutiat, ſed ſtatim exſpuat. Qui vero ante ſomnum aliquam ſaccari particulam ſibi in os injiceret, quod paullatim liqueſcens in ſtomachum delaberetur, is profecto jejunium ſolveret, vel ſolviſſe credendus eſt.

Qui dubius eſt, an ſit jejunus, poteſtne Euchariſtiam ſumere?

R. Si dubitat, quoquo modo dubitet, debet abſtinere. Nam in dubiis tutior pars eligenda eſt.

Sacerdos, qui ſciat, ſe jejunum non eſſe, accerſitus ad ſacrificandum, ut Viaticum ægroto deferri poſſit, debet ne ſacrificare?

R. Non debet. Neque enim ægrotus tenetur præcepto ſuſcipiendi Euchariſtiam, quando illi Euchariſtiæ copia deſit. Deeſſe autem dicenda eſt, quoties illam juxta ritum Eccleſiæ ſuſcipere non poteſt.

Quid præterea ſervare debet Sacerdos, ut licite ſacrificium faciat?

R. Sacerdos, ut licite ſacrificet, non ſolum immunis eſſe debet a gravi culpa, & jejunus, ſed etiam ab omni cenſura, & irregularitate liber, & ſi Latinus ſit, in azymo conſecrare. Præterea habeat oportet ſacras veſtes, Amictum, Albam, Cingulum, Manipulum, Stolam, Planetam, Calicem cum Patena, & Miſſale. Sacrificet

cet oportet in templo, vel in oratorio ab Ordinario approbato, nisi forte in aliqua ex illis necessitatibus versetur, quas supra explicuimus. Tunc enim etiam extra templa & oratoria ei sacrificare licebit. Necesse est etiam, ut altare consecratum sit, aut saltem in eo sit Petra sacra, nec ornamenta desint altaris, Lintea, Crux, Candelæ, & intra præscriptum tempus Missa fiat, hoc est ab aurora usque ad meridiem, ut superius docuimus. Non celebret sine ministro, nisi ea necessitas urgeat, quam supra tradimus. Denique, si exterus Sacerdos sit, non celebret, nisi facta sibi potestate ab Ordinario illius Diœcesis, in qua sacrificare velit. Postremo ea omnia servet, quæ in Rubricis Missalis præscribuntur.

Qui sacrificat in altari, unde Crux absit, leviterne, an graviter peccat?

R. Aversa de Sacrif. Mis. q. 11. sect. 3. putat, eum graviter peccare. Sed communis sententia est, eum nonnisi in levem culpam incidere, ut videre est apud Meratum tom. 1. pag. 297.

Validene consecraret Sacerdos, qui super panem & vinum mensæ apposita, sine vestibus sacris, sine cæremoniis, sine precibus, consecrationis verba proferret?

R. Illicite quidem, sed valide consecraret. Consecratio enim panis & vini in Christi tantum verbis consistit; non in Ecclesiæ etiam cæremoniis & precibus, ut alii existimarunt.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo Missa est recitanda?

R. Eas preces, quæ dicuntur elata voce, Sacerdos debet recitare *distincte & apposite, non admodum festinanter, ut advertere possit, quæ legit; nec nimis morose, ne audientes tædio afficiat; neque etiam voce nimis elata, ne perturbet alios, qui fortasse in eadem Ecclesia tum temporis celebrant; neque tam submissa, ut a circumstantibus audiri non possit; sed mediocri & gravi, quæ devotionem moveat, & audientibus ita sit accommodata, ut quæ leguntur, intelligant; ac secretas ita debet exprimere, ut & ipsemet se audiat, & a circumstantibus non audiatur.* Sunt verba Rubricæ. Qui legerit caput 12. p. 2. de studiis Monasticis Mabillonii, is intelliget, quam graviter peccent Sacerdotes, qui preces Missæ aliter recitant.

Peccantne graviter, qui Rubricas non servant?

R. De Præcepto observandi Rubricas Missalis fuse scripsit Gavantus in quæstionibus procemjalibus, ubi ostendit, vehementer eos falli, qui Rubricas putant esse meras Instructiones & Consilia. Et sane Rubricæ leges sunt præcipientes, & mortale peccatum *ex genere suo*, ut loquuntur Theologi, ii committunt, qui illas non servant; modo invincibilis imprudentia non sit, aut materiæ parvitas non excuset.

Digitized by Google

Standumne est Rubricis etiam in eo, quod præcipiunt, Matutinum cum Laudibus ante Missam dicendum esse?

R. Alia ex Rubricis, quæ hoc præscribunt, exstat in c. 1. de Ritu servando in celebr. Mis. alia in capite de defect. in celebr. Mis. occurr. alia denique in Sacerdotali Romano cap: 80. Mira partium contentione agitata quæstio fuit, num graviter, an leviter peccet, qui, non dicto prius Matutino & Laudibus, sacrificet. Qui falsum illud principium sequuntur, Rubricas consilii tantum vim habere, non legis, non peccari contendunt. Qui consentiunt, Rubricas pro lege habendas esse, in eo differunt, quod alii Matutini & Laudum omissionem ante Missam materiam gravem arbitrantur, alii levem; ex quo fit: ut illi graviter, at hi leviter peccari ab eo, qui hæc omittat, defendant. Nos vero ita sentimus. Si sermo sit de Missa *Conventuali*, videtur peccare graviter, qui eam ante Matutinum & Laudes celebrat. Id enim est contra totius Ecclesiæ consuetudinem. In Missis vero privatis, si qua sit legitima caussa, puta, si Princeps, aut Prælatus Missam expetat, aut Sacerdos gravibus & necessariis charitatis officiis impediatur, videri potest a peccato etiam levi immunis. Si vero absit caussa, perdifficile videtur, ne levi quidem peccato non esse locum, ut observat Meratus tom. 1. p. 2. pag. 799. Quod si quis, nulla caussa urgente, perpetuo id faceret, ut videretur

quasi statuisse animo, nunquam sacrificare, dicto Matutino & Laudibus, tum cum quinque & quinquaginta Auctoribus, quos sententiæ suæ suffragatores affert Clericatus decis. 50. de Sacrif. Miss. & ex rationibus ab ipso adductis concludi posset, graviter hujusmodi Sacerdotem peccare. Sunt tamen Concilia aliquot Provincialia, quæ, excommunicationis pœna sancita, vetant, nequis Sacerdos, non recitatis Matutino & Laudibus, sacrum Missæ faciat. Sed ea sanctione non nisi ille tenetur, qui Synodis illis est subjectus.

REFERUNTUR DUO DECRETA S. R. C.

DECRETUM

De Oratoriis privatis.

IN privatis Oratoriis & privilegiatis non potest celebrari Missa in festis Solemnioribus, nempe in Natali Domini, Epiphania, Fer. 5. in Cœna Domini. Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Ascensione D. N. J. C., Assumptione B. M. V., Festo Ss. Apostolorum Petri & Pauli, & Omnium Sanctorum. *S. R. C.* 17. *Novemb.* 1607. *Addatur etiam* fest. s. Titularis Ecclesiæ loci *ex Decr. S. C. Conc.* 17. *Febr.* 1685. *Addatur insuper* Sabbatum Sanctum, *in quo neque in Oratoriis privatis permittitur Missæ celebratio ex Decr.* 11. *Febr. &* 11. *Mart.* 1690. *& vid. hic sub num.* 15. *Quoad festum vero Patroni principalis Loci, Ordinarii locorum optant, ait Gavantus, addi*

Digitized by Google

addi prædicto festorum numero, cum sit præcipui cultus in proprio Loco, at varii DD. servandum esse putarunt Diœcesis consuetudinem; ex reverentia tamen sanum erit consilium, si pro hac solemnitate petatur licentia ab Ordinario. Nomine autem Paschatis & Pentecostes venit tantum prima dies, ex communi. Circa festum Annunciationis intelligi debet prohibitio etiam pro eo die, ad quem transfertur festum cum obligatione audiendi Missam, ut ex supr. Decr. 11. Febr. & 11. Mart. 1690. Denique si concedatur celebratio in die Natalis Domini, intelligenda est concessio de tribus Missis juxta præscript. S.C. Conc. 15. Januar. 1725. Et pro omnibus fere vid. Epist. Encycl. Bened. XIV. dat. sub die 2. Julii 1751.

ALTER DECRETUM

De celebratione Nuptiarum.

IN celebratione Nuptiarum, quæ fit extra diem Dominicam, vel alium diem festum de præcepto, seu in quo occurrat duplex primæ vel secundæ classis, etiamsi fiat Officium & Missa de festo duplici per annum, sive majori, sive minori, dicenda est Missa pro Sponso & Sponsa in fine Missalis post alias Missas votivas specialiter assignata: In diebus vero Dominicis, aliisque diebus festis de Præcepto, ac duplicibus primæ & secundæ classis dicenda est Missa de Festo cum commemoratione pro Sponso & Sponsa. *S. R. C.*

20.

Digitized by Google

20. *Decemb.* 1783. *confirmante*, & *pro univer-
sali Ecclesia approbante Ss. D. N. D. PIO Pap. VI. felic. regn. 7. Januar.* 1784. *Vigore hujus Decreti, quando habet locum Missa propria pro Sponso, & Sponsa celebrabitur in* col. alb. *sine* Gloria & Credo, & *absque ulla commemoratione, ac dic. Præfatio vel de tempore currenti, vel de octava, alioquin communis*, & Communicantes *pariter de tempore currenti*; & *in fine Missæ dic. semper* Benedicamus Domino, *ac Evang. s. Joan.* In principio: *Quando autem fieri debet tantum commemoratio antedicta, quod accidit, præter dies in Decreto adnotatos, etiam diebus infra octavas privilegiatas, tunc explenda est sub unica conclusione cum prima oratione*; & *reliqua intra Missam præstanda sunt, ut habentur exposita in eadem Missa pro Sponso & Sponsa: In reliquis, tempore pro Nuptiis prohibito, nec prædicta Missa, nec commemoratio habet locum.* Ex Rubr. Miss. & earumd. Commentat. exponente R. D. Jo: Bapt Pascoli, Sac. Cær. Præf. Ravennæ.

LECTORI

Da veniam culpis, aut corrige doctus.

FINIS.

I:1G 2011915

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google